



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



N
ii
257 f

1stack



CONFIRMED
TO THE
LIBRARY





303648395+

SCAENICAE ROMANORVM POESIS

FRAGMENTA

SECVNDIS CVRIS

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

VOLUMEN II.

COMICORVM FRAGMENTA.



LIPSIAE,
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCLXXIII.

COMICORVM ROMANORVM



PRAETER PLAVTVM ET TARENTIVM

FRAGMENTA

SECVNDIS CVRIS

RECENSUIT

OTTO RIBBECK.



LIPSIAE,
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXIII.



JUL 1949

LIPSIAN: TYPIS B. G. TEVNERI.

ALFREDO FLECKEISENO

LVBENS MERITO

D. D.

ANNO MDCCCCLV

PRAEFATIO.

Prolegomena, quibus alterum hoc scaenicorum fragmentorum volumen adornaturum me esse in prioris praefatione p. VIII promiseram, duabus causis motus ad tempus reposui. Primum novi muneris Heidelbergensis curis ita distentus atque occupatus eram, ut pertexendi ea qua opus est diligentia et subtilitate opusculi otium adhuc deficere sentirem. Praeterea autem de arte critica in hoc difficillimo sane litterarum genere exercenda praecepta colligere normasque proponere non audebam, priusquam Plautinorum quoque frustorum extaret recensio, qua Ritschelium hanc syllogem nostram prope diem aucturum esse certo speramus.

Interim comicis meis ut nuper tragicis praemittam corollarium. nam plane absolvi haec studia, ut relinquatur nihil quod dies diem doceat, numquam poterunt.

COROLLARIVM.

In LIVII v. 2 *secena* a secando factum ut alia vocabula pontificalia: *secespita secivum prosiciae prosicies prosicium prosecta*; deinde praeter *securim* etiam *secula* comparanda glossa Campana, cuius notitia ex Varronis de l. l. V 137 in Labbaei onomasticon fluxisse potest.

ENNII verbis v. 2 praeter Truculenti locum a Bothio laudatum simillima sunt quae in Rudente Plauti leguntur v. 414: 'quíst qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam?'

In NAEVII v. 4 nihili est quod coniecit Suerdsioe Vindic. p. 57 *Sulpiti*; nec numeris nec sermone commendatur quod Berchem proposuit p. 61 *sub picea*.

V. 5—7. *Equorum* mentionem a sententia poetae alienam esse pro certo mihi persuasi: intellego servos, quos mango postridie domo expulsurus, ut currant verbera fugientes, et venales publice propositurus est. ut autem diutius illos apud se alat rogatus est ab aliquo, qui emere eos magnopere cupiens argento tamen quo opus est careat, aut alia de causa emere nondum possit; videnturque illi sive cognationis sive amicitiae vinculo quodam cum hoc ipso coniuncti, casu autem nescio quo in servitutem coacti fuisse, unde redimi quam primum et in libertatem restitui volunt. Quae cum sat probabiliter non tam finxisse quam e verbis elicuisse mihi videar, codicis illud *sequor* quam recte in *securos* mutaverim dubitari posse concedo, quamquam melius nemo adhuc proposuit. certe Klotzii suspicio ad Terentii Andriae I 1, 41 prolata, *obsequium*, quo vocabulo Plautum et Naevium ante Terentium usos esse Donatus ad l. l. testatur, ad hos versus pertinere longe reiicienda est, quamvis ipse olim *obsequos* scripserim, quos ad Laeviani exempli ‘obseculae tuae ac ministrae’ (apud Charisium p. 288, 11 K.) similitudinem ‘obsequentes’ vel ministros interpretabar. melius ad sententiam *de meo foco sinam ego illos esse* quadrat, quamquam verum esse ne hoc quidem credo. Ceterum *tuw* (non *tax*) *pax* servus aliquis, missus fortasse a patre sive fratre, ut cum mangone rem gereret, interposuit.

V. 12. Variis formulis apud Plautum et Terentium praefantur responso: vel plene *id ego dicam tibi* vel *ego dicam tibi* vel *dicam tibi* vel *ego dicam* vel brevissime *dicam*.

Pseud. 338 *ex tua rest, ut ego emoriar.* ¶ quidum? ¶ *id ego dicam tibi.*

Cist. II 3, 59 nunc quaeritatis alteram? ¶ *ego dicam tibi.*

Curc. 437 ubi ipsust? quor non venit? ¶ *ego dicam tibi.*

Merc. 638 qua forma esse aiebant [igitur?] ¶ *ego dicam tibi.*

Most. 757 hem quid consomniavit? ¶ *ego dicam tibi.*

Pseud. 801 tu solus praeter alios? ¶ *ego dicam tibi.*

Trin. 1099 sed quis istest tuos ornátus? ¶ ego dicám tibi.

Ter. Andr. 375 quíd igitur sibi volt pater? quor simulat?
¶ ego dicam tibi.

Ter. adolph. 646 huc ádvocatam sibi. ¶ quid? ¶ ego dicam tibi.

Ter. adolph. 985 quód prolubium? quae istaec subitast lar-
gitas? ¶ dicam tibi.

Ter. Andr. 323 véreor dicere: huíc dic quaeso, Býrria. ¶ ego
dicám. ¶ quid est?

Epid. I 1, 68 quid ita? ¶ dicam.

Rud. 901 quíd negotíst modo, díce. ¶ dicám, tace.

Ter. hautont. 200 quid túte tecum? ¶ dicam. ut ut erat, man-
sum tamen oportuit.

ibid. 598 cédo quid est? ¶ Dícam. (cf. 317).

Omnibus autem praeter Cistellariae locum exemplis, ubi
ego dicam tibi legitur, *ego* pronomen addi versus flagita-
vit, vetuit idem adolph. 985, ubi *dicam tibi* scribere poeta
sat habuit. alibi cum etiam nudum *dicam* vel *eloquar* suf-
fecerit, pro gravitatis vel, ut Donatus ad Ter. adolph. 646
ait, *ἐμφάσεως* cuiusdam modulo uberius modo, modo pres-
sius locutos fuisse consentaneum est. nostro quidem loco
non est cur *ego* desideremus.

13 Cf. Ed. Becker in addendis ad studia philologorum
Argentoratensium auctore Studemundo edita I p. 316.

Sero, cum in operarum manibus schedarum mearum
pars versaretur, Nonii exemplar a Quicheratio curatum ad
me pervenit: quamquam nec librorum suorum nec ingenii
tam exquisitos ille fructus edidit, ut eis me caruisse nimis
aegre tulerim. tamen lectores ne quid desiderent, addam
quae memoria non plane indigna esse videantur: inde a folio
fere septimo pleraque in ipsum commentarium criticum in-
serui. Atque in v. 16 *oratiost* habent Harleianus et Pari-
sinus P.

Appella titulum probavit Krahnerus (Varronis Curio
p. 23) Iudaeorum inrisionem fabulae infuisse suspicatus. fuit
qui *Appulam* interpretaretur *Apellam*.

19. Ad Aquilii ex Boeotia (v. 1) exemplum *primus* ne
scribas vetare videtur singularis *caepam*, quo multo melius

primam quadrat: illuc *caepas*. Ceterum ordinem verborum in septenario servare licet facillimo post *Appella* titulum supplemento:

[á!] *ut illum di pèrdant, qui primam hólitor caepam pròtulit!*
Paulo violentius: *ut illum di male pèrdant*. Tam autem sollemnis execrandi formula est *ut illum di (deaeque omnes) pèrdant*, ut et *ferant* insolitum, quod per librarios traditum Vergiliano illo ‘omnia fert aetas, animum quoque’ defendi posse olim putaveram, et Aldi *terant* et quidquid aliis in mentem venit confidenter reiciendum sit.

V. 23 sq. Excidit testimonium libros in utroque versu non *altris* exhibere, sed *alteris*. illud quin recte restitutum sit non dubito, sed olim a me non admissum fuisse excusabit, qui anno 1854 neque syncopam illam neque pyrrhicam vocis *apud* mensuram sat demonstratam fuisse meminerit. nam in anapaestis Bacchidum 1184 *altrum tantum non meream* pronuntiandum esse quod monuerat Ritschelius, ne ipse quidem de senariis statim valere tunc volebat; nec agnovit syncopam in Persae v. 226 *ubi illa últerast furtífica laeva?* quae quam recte Spengelius Plaut. p. 105 ad trochaeos redegerit valde dubito. dubitavit Ritschelius etiam in commentatione de titulo Aletrinatium (a. 1852/3 p. XI), utrum Plautus in Captivis v. 303 ‘qui ínperare insueram, nunc *altrius* inperio óbsequor’ an, ut Fleckeisenus ediderat, *alté-rius* scripsisset, ubi ne *alius* quidem alienum a sententia erat. quid? quod hoc ipsum argumenti Captivorum auctor praetulit v. 2: ‘*alium* quadrimum fugiens servos vendidit’, item v. 9 ‘indicio quouis *alium* agnoscit filium’. repetivit illud Fleckeisenus in ipsius fabulae v. 8 ‘*alium* quadrimum puerum servos surpuit’, ubi nunc librorum scripturam *alterum* interpretantur *altrum* consentiente etiam Ritschelio opusc. II 674. multo etiam memorabiliora quae in anthologiae epigraphicae Latinae specimine I a Buechelero anno 1870 edito leguntur (n. XX v. 5 sq.)

horunc *álterum*

in térra linquit, *alium* sub terra locat.

Restat unus Truculenti versiculus I 1, 27 sic in libris corruptus

sin alter alteri potius est idem perit

quem nec a novissimo editore, qui obscura et parum latina proposuit hæec:

sin alter alteri potior est, itidem perit.

nec a Buechelero nuperrime in annal. philoll. 1872 p. 569 his: *sin alter alteri propitiust, idem perit* recte emendatum esse credo. mihi quidem multa in toto hoc sermone languida et perversa esse videntur. nam postquam v. 24 legimus 'et *ipsus* perit et *res* et *fides*' (cf. 38), sane quomodo *res* et *animus* amatoris pereat infra narratur, *fidei* pereuntis ratio non explicatur. perit autem *fides* mutuando argento, ut hoc fere ordine hisque verbis, nisi forte quaedam etiam exciderunt, Diniarchum disseruisse suspicer:

si raras noctes ducit, ab animo perit: 28

sin crebras ducit, ipse gaudet, res perit.

si iratum scortumst forte amatoris suo, 25

bis perit amator ab re atque ab animo simul.

si aliena re potitus est, perdit fidem.

Ceterum in Naeviano exemplo mutandi post v. 21 personam loquentis necessitatem non urgeo. potuit enim ipse, qui hospites acceperat, quid eis praebuisset enarrare.

27—29. Poetae hæc tantum relinquit Buechelerus:

qui decumas partes, quantum mi alieni fuit
polluxi tibi

reliqua a *publicando epulo Herculis decumas* ab ipso grammatico ad interpretandum *polluxi* addita esse suspicatus. In-sulsa meo sensu et a veterum institutis aliena sunt quae Bergkiius voluit parasitum militi respondere. is enim postquam dixerit se decimas praedae dis profanare velle, Struthiam parasitum, ut Biantem militem ab hoc incepto deterreat, dicere iam satis factum esse religioni: quasi omnino pluribus dis et vero alii praeter Herculem decimas vovere facile cuiquam in mentem venire potuisset. praeterea *alieni* v. 27 quis concedet *praedae* significare? Quod '*publicando epulo Herculis*' se decimas militi ut Herculi polluxisse profitetur eo spectare videtur, quod se convivam praesto ei

futurum esse publico edicto proclamaverit, qui primus ad Herculaneam cenam se vocaturus esset exemplo fere Gelasimi in Plauti Stichō v. 222.

34. Asserem ille laudat, cuius per rimam audiverit quibus praesenti coram testi interesse non liceret: *hemius* ut Leid. etiam Par. P habet. ceterum Quicheratius hunc locum talem edidit: *et affatim Laudes ago, quum votis me multas meis, Quod, praeter quam velle audebam, hoc mihi annuis*, in quibus *affatim* Bothio, *velle audebam* Mercero debet, qui pro illo *annuis* coniecerat *evenit*. In meo textu quod molestum est *mi* non tam delendum quam transponendum esse nunc arbitror, ut hic existat uersiculus: *quod praeter quam mihi uellem audibam hoc (s. haec) eminus*.

Pro *Commotria* apud Varronem *Demetrio* scribendum esse improbabiliter, ut solet, coniecit Berchem.

39 sq. Schützius ephem. gymn. Berolin. 1857 p. 611 sic transponi iussit verba: *ita alit dapsilitér suos || amicos*. Probo nunc Keilii numeros, qui septenarium iambicum trochaico versu excipi statuit, nisi quod initium ordinari sic velim: *meretur ultro quam ob rem ametur: 'Ita d. s. a. a.*

41. Invocatus dum se convertit ad salutantem inprovisumque agnoscit, '*attat attatae*' exclamat: nam subito advertentis vel intellegentis vel agnoscentis vel etiam admonentis esse interiectionem declarant exempla Plautina Merc. 365 '*attatae, Páter hic quidem meust quem video*'; Epid. 446 '*attatae! Nunc démum scio ego hunc qui sit*'; Casin. 364 '*attatae! Nunc pól ego demum in rectam redii semitam*'; Asin. 588; Ter. Andr. 125 '*percússit ilico ánimum. attat! hóc illud est*'. similia alia. Paulo differt Casin. v. 424 '*áttatae! caedundus tu homo es: nimias delicias facis*'. Ebrius ut caveat monetur Naevii v. 82. Apud Graecos dolentium esse *áttatai* nemo nescit.

50 sq. Neque accentus placebant nec sententia in septenario tali:

quó de opsonió stilo mihi ín manum pupugít . .

sed languent etiam quae inserui: itaque post *Glaucoma* titu-

lum excidisse suspicor *uenibam* vel *monebam*, ut octonarius iambicus oriatur:

monebam quom de opsónio, stilo mi pupugit in manum.

53. Quod supplevi *dic*, idem Ritschelium video in similimo Plauti loco (Stich. 118) posuisse: 'age tu *dic*: *utrást* condicio pénsior, Vírginemne an víduam habere?'

Versum 55 anonymus nescio quis in indice qui dicitur philologico Leutschii auspiciis edito a. 1871 p. 13 sic probabilius quam Luebbertus restituere sibi visus est:

edepol, Cupido,

cum *tám* pausillu's, *ís* nimis multúm vales ~ ~ ~
cuius inauditae absurdaeque structurae exempla adfert ex Epidico Plautina duo (quorum alterum III 4, 80 pridem a Buechelero decl. lat. 56 emendatum est), ubi post relativum scilicet pronomen demonstrativo idem subiectum effertur notissimo quidem et frequentissimo, sed ab huius loci indole plane alieno usu. quo accedit quod per duos versus sine ulla probabilitate misere discerpta sunt verba.

V. 57. *Dissicis* et in Caecili v. 239 *dissice* vereor ut satis recte servaverim. neque enim adsentior Fleckeiseno, qui in annall. philoll. 1863 p. 199 adn. olim prolatam satisque refutatam opinionem, qua *dissicere* formam a disiaciendo *repe-* *tiverunt*, resuscitavit et ita firmare studuit, ut duce Lachmanno (Lucr. p. 128) geminatam fuisse consonantem *s* eo consilio statueret, ut et positione productae syllabae primae mensura et sequentis *i* singularis quaedam natura indicaretur. adsimilationis quidem, non geminationis exempla in verbis compositis sat trita sunt: *reccido redduco relliquiae* (in quibus *rel* praepositio latet), quibus addenda *affero aggero*, sescenta alia. sed inaudita talia: *abbicio addicio innicio* et similia, in quibus non praepositionis consonantem, sed verbi vocalem *i* a quibusdam geminatam fuisse constat. quorum exemplo *disiicio* scribendum erat, non *dissicio*. Nec non disertis veterum praeceptis verbi *dissicere* origo plane diversa indicatur. nam Priscianus p. 1002 (quo ipso loco perperam usus est Fleckeisenus) cum in his '*dis* praeponeitur quando sequitur *e* vel *f* vel *p* vel *s* vel *t* vel *i* loco consonantis, ut discumbo

discutio differo . . displiceo disputo disperdo *dissicio* dissero
 distraho disturbo distorqueo *disiectus* disiungo' composuerit
 cum 'dissero' verbo *dissicio*, separaverit a *disiectus* participio,
 omnibus autem exemplis ipsius verbi simplicis consonantem
 initialem servaverit, incipere compositi *dissicio* verbum simplex
 consonante s haud ambigue declaravit. ergo rectissime in
 glossario A. Mai (auct. cl. VIII 178) explicatur: '*dissicere*,
 dissecare', sat plane etiam in Parisino Hildebrandi p. 112
 '*dissice*, separa divide', minus bene in Bernensi C n. 224
 '*dissice*, disperge'. neque enim defuerunt inter veteres litterato-
 res qui *dissicere* et *disicere* confunderent, quia scilicet a se-
 cando factum *dissecare* verbum extitit. *secere* autem non magis
 mirum esse quam sonere tonere lavere, alia multa, olim C.
 L. Schneiderus gramm. lat. elem. II 549 sanissimo iudicio
 perspexit. et ab hac potissimum verbi forma putaverim orta
 esse *insicia* vel *isicia* et *prosiciem* extorum. Accuratius igitur
 singuli loci, ubi vel *dissicere* vel *disicere* usurpatum est, ex-
 aminandi atque discernendi sunt: nam librariorum consentaneum
 est promiscue modo hoc, modo illud posuisse. certissimum
 autem Plautum in Curculione v. 424 'clupeátus elephantum
 ubi machaera *dissicit*' dissecat intellegi voluisse, nec quid-
 quam refert utrum illud, ut Ritschelius enotavit, an, ut Pareus
 testatur, *dessicit* in codice B extet, in quo certe nil aliud
 latet quam *dissecit*. neque enim credendum veteri glossatori,
 sive Verrius Flaccus fuit sive alius, qui et hic et apud Ti-
 tinium v. 84, ubi *pernam totam dissicit* conieci corrigendum
 esse, *diligít* extare narravit. praeterea secandi notionem in
 his agnosco: apud Vergilium in Aeneide XII 308 'ille *securi*
Adversi frontem mediam mentumque reducta *Dissicit*', ubi
 sane ex libris meis DISICIT P DISICIT M m. pr. et y,
 DISCIDIT glossema R, *dissicit* soli Bernenses bc exhibent:
 sed 'disicere securi' quis non sentit quam sit perversum?
 ergo ad huius exempli similitudinem quamvis paulo au-
 dacius et Silius IX 538 scripsit fortasse (nam est quod du-
 bites) '*dissice telo* flagranti . . . Carthaginis arces' et Va-
 lerius Flaccus III 162 secundum Carrionis codicem et
 Vaticanum P '*dissicit agmina clava*', ubi statim securis et

cunei similitudo infertur. et huius ipsius expressa mentio fit apud Livium XXII 50, 9 '*cunco* quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil obstat, *dissicias*'. subest eadem imago et Taciti verbis ann. I 65 'illi' (equi) '... excussis rectoribus *dissicere* obvios, proterere iacentes'; et Ovidii metam. XI 386 'Alycone coniunx excita tumultu Prosilit et . . . *dissicit* hos ipsos colloque infusa mariti . . . precatur'. etiam Lucretius *dissicere* intellegi voluit dividere in binas partes III 639 'si subito *medium* celeri *praeciderit* ictu Vis aliqua, ut sorsum *partem* *secernat* *utramque*, *Dispertita* procul dubio quoque vis animai Et *discissa* simul cum corpore *dissicietur*'. quadrat item discindendi notio ad Senecae Agam. 954 'cupit fluentes undique et caecos sinus *Dissicere*', nam sic in Laurentiano legi, non *disicere*, ut novissimi editores exhibuerunt. pax quoque et foedus dissecari recte dicitur, unde Vergilius Aen. VII 339 '*dissice* compositam pacem', quamquam hic quoque optimi libri inter se discrepant. denique quoniam secantur Horatio auctore, h. e. decernuntur et finiuntur iudice lites, recte se habet apud Livium II 35, 4 '*dissicere* rem', ut nos quoque dicimus 'abschneiden eine Sache, einen Streit' similia.

At contra *disiciuntur* quae non in binas tantum partes dividuntur vel discinduntur, sed in omnes regiones dissipantur disque turbantur. ergo 'arcem . . . a fundamentis *disiecit*' et 'urbium moenia *disiecta*' Nepos Timol. 3 scripsit, et belli Alexandrini auctor c. 63 'postulat uti munitiones *disicerentur*', quamvis *dissicerentur* in Parisino sec. et Cuiciano legatur. item *disiciuntur* hostes in fugam (Tac. Agr. 37: cf. Nep. Milt. 2 Sall. Catil. 61), 'nubila *disiecit*' Iuppiter apud Ovidium metam. I 328, 'auster rapuit *disiecitque* naves' apud Tacitum ann. II 23, atque in Aeneide ut Minerva '*disiecitque* rates *evertitque* aequora ventis' (I 43), ita iubere Aeolum Iuno debet (70) 'age *diversos* et *disice* corpora ponto', quamvis DISSICE optimorum librorum auctoritate defendatur. nec Valerius Maximus VIII 14, 5 scripsisse credendus est 'ut . . . nomen eius per totum terrarum orbem *dissiceretur*', ut habet praeter alios Bernensis liber, sed *disi-*

ceretur, cui olim *diffunderetur* adscriptum est. eidemque III 5, 2, nisi forte perversa doctrina inductus fuit, contra codices restituendum est 'dolenter enim homines ferebant pecuniam, quae Fabiae gentis splendori servire debebat, flagitiis *disici*', cui saeculo XIII extitit qui interpretamento fortasse antiquo usus *dissipari* substitueret, in Vindobonensi scil. codice. — Dubitabimusne igitur, quin ubi asotorum adulescentium, qui opes paternas disperdant et dissipent luxuria, notatur in comedia, *disicere* verbum, non *dissicere* locum habeat? immo vel contra librorum memoriam et Naevio restituemus '*disicis dispulveras*' et Caecilio '*dide disice*'. ad quae cetera verba in simili re usurpata quadrant: 'rem *dilapidas*' Pall. inc. inc. 55, 'rem *disperdit*' Titin. 16, '*dissipes*' Caecil. 205. De forma *dispoliasti* apud Turpilius 149 infra disputabo.

In v. 58 *herem*, ut testatur Nonius, habet codex Harleianus.

60. Novum formae *simil* exemplum forsitan lateat in zetemate Pompeiano (apud Zangemeisterum n. 1877, in Buecheleri anthol. Lat. spec. I n. XIX), si quidem priorum duorum versuum sententiam probabiliter restitui:

muliér ferebat filiúm similém sui.

nec méus est nec *mi simil*, at vellem essét meus.

ubi scriptum extat MI SIMILAT SED in extremo versu. Quibus alius quis iocabundus adscripsit: 'et ego volebam ut meus esset' numeris nullis adstricta. Nam titulorum CIL I n. 63. 64 exemplis *tribunos militare* vel *compote factus* apud Orellium n. 5758 neque *simile* apud Naevium neque in Titinii v. 106 '*tale pro tali*' defenderim. Naevii frustum Ritschellius sic se constitui velle mihi significavit:

pól ille haut parasitórum aliorum simil est

Nervolariae titulus eo firmatur, quod *Herularia* etiam in Harleiano codice legitur: *Ervillaria* coniecit Quicheratius ervillarum venditricem interpretans contra notissimam consuetudinem in his nominibus observatam.

Cum *Proiecti* titulo cf. Plauti Cistell. I 2, 5 'parvolam Puerám *proiectam* ex angiportu sustuli.'

68. Paucula verba quam in versu sedem obtinuerint cum incertum sit, supplementa proponere omisi. initio quidem *age*, in exitu senarii vel septenarii (ubi tamen *quin* aut *quid enim imperas?* corrigendum) *eia* praemitti poterat.

70. Videntur sermonis, quem servus aliquis aut solus secum aut cum altero habuerit, extrema fuisse: cf. praeter alia Ter. eun. 545 haut. 170. *Suum* autem hominem, h. e. in sua potestate suisque dolis et fallaciis obnoxium esse (cf. Plauti mil. 334 Bacch. 103 Pseud. 381. 600 Curc. 431) ille vel eum ipsum, quem visurus, vel eum, quocum locutus erat, dicere potuit. *Deo meo propitio* dictum ut *deo irato meo* in Ter. Phorm. 74; sed versus fortasse sic redintegrandus:

visám: deo meo propitio meus illic homost.

Tetigit locum A. Luchs in studiis Studemundi I p. 68.

79. Nolebam adlitterationem verborum *dat digito* delere coniciendo *alii scribit* (vel *signat*) *digito litteras*. otiosum tamen quod in *aliis* scriptura latere putavi *suo*; facilius etiam *clam* sequenti verbo *dat* hauriri potuit, quo inserto hic versiculus restituitur:

cum alio cantat, at tamen *alii clam dat* digito litteras.

91. Quoniam quod in textu posui *uota* insolitum est, prae ceteris commendaverim ut scribatur:

néc nimis morigera ét devota quisquam erit [mulier viro].

Glossa quam ex Tarentilla (fr. XV) Varro sumpsit si *pellucidum* fuit, eadem legitur in Plauti Persa v. 96 '*epicrocum pellucidum*', quae in Placidi glossario p. 460 videntur restituenda esse pro his: '*epripica praelucida*' infelici A. Kochii coniectura nuper mus. Rhen. XXVI 553 temptatis. quod olim in comicorum sylloge priore p. 319 conieceram *epiprepa* non displicuit Kettnero progr. Dramburg. 1872 p. 6.

Eundem Varronem, ubi e *Technico* verbum is explicat, Buechelerus haec scripsisse censet: 'confictant, a conficto, *inuenire*, dictum', in quibus mihi displicet infinitivus interpretandi causa verbo finito adpositus. mea propius absunt a norma velut illius glossae, quae mox sequitur: 'sarrare, ab serare dictum, id est aperire.'

100. Audacter Umpfenbachius Philol. XXXII 366 scribi

iussit: *Théodotum Cum Apélla comparas, qui Compitalibus e. q. s.*

V. 107 non Saturnium, sed octonarium iambicum esse, ut olim significaveram, Andreas Spengelius quoque Philol. XXIII 100 sensit. Dictatoris autem, velut eius qui ludorum faciendorum causa creari solebat, ut ipsa Naevii aetate a. 546 (Liv. XXVII 33) factum est, in comoedia mentionem fieri potuisse in praef. proedoseos p. XI monui. atque ad ipsos carceres circi pervehi dicitur dictator in frusto nostro, cuius nec Friedlaenderus in Beckeri et Marquardtii antt. Rom. IV p. 499 nec Mommsenus in eiusdem operis novis curis a se retractati vol. I p. 312 memores fuerunt.

Versus 108 cum et numeros a caesura laborare et languere in tantis clarissimi viri laudibus *saepe* sentirem, nil inveni quod tam probabile esset quam *per* adverbii loco positum. nam *sua* quam otiosum sit facile intellegitur comparatis illis, quae de Aiakis virtute in tragoedia (inc. inc. fab. XXXIII) praedicata sunt:

facinus fecit máximum, cum Dánais inclinántibus
summám perfecit rém, manu suá restituit proélium.

haec enim summa eius laus fuit, cum ceteris devictis et labantibus solus sua virtute hostes sustinisset, id quod tamen a nostri loci sententia alienum est. sed multo etiam perversior (ne audaciam tangam) ista coniectura est, qua transfertur a primo versu ad tertium *saepe*, ut quod non plus semel factum esse res ipsa clamat, pallio uno misere tectum filium pater ut noctu ab amica abduxerit, illud *saepe* accidisse incredibili et nimis ridicula hyperbole narrétur.

Versum 115 is, qui nuper commentario ad Lucillii fragmenta conviciis infictisque dieteriis adornato novum puerilis petulantiae monumentum edidit, ea qua sanos omnes longe superat confidentia et Colaci addixit (quia scilicet Corollarium nusquam alibi Nonius laudaverit, — quasi non multos alios libros semel in glossario eius commemorari constaret) et expleri iussit *verum* scribendo pro eo quod traditum est et sententiae convenit *utrum*. nam primam septenarii syllam

bam quid ni una cum tituli parte lacuna haustam esse credamus?

Versum 116, qualem coniectura scripsi, conferri licet cum Graeco proverbio χρυσῶ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτεῖται λόγος (paroemiogr. Gr. II p. 727 n. 38), quod Erasmus in adagiis p. 589 sic latine interpretatus est: 'auro loquente ratio quaevis irrita est.'

Versus 118 convicia si inter binos iactata fuissent, multo non fortiora tantum, verum etiam acutiora et maledicentiae sale quodam uberius condita expectarem.

122. Cum inter duos *armos* suis positum sit *petimen*, fortasse per risum ille quoque, parasitus puto, *armis* sane *meruisse* dicebatur, non tamen ut milites, sed petimine de armis sumpto, quod devoraverit.

125. Cf. Plauti Rud. 430 'vel tu mi aias vel neges.'

Versus 126 sq. non sat aperte declaravi in hunc potissimum modum mihi videri restituendos esse:

*quae desperet sé nupturam víridulo adulescéntulo,
éa licet seníle tractet détritum rutábulum*

non addita interrogandi nota. Ceterum quamquam conviciis respondere indignum me habeo, traditum in codice *retritum* et adlitteratione commendabatur nec magis ab ea notione, qua hic opus esse nemo non videt, abhorrere visum est quam, ut hoc utar, *retusum* telum quod dicitur (cf. *retrimentum*), nec productae praepositioni *re*, quae *red* plene sonabat, excusatio quaedam deerat, praesertim cum hoc uno loco extet vocabulum.

130 sq. Temeraria et perversa est Bergkii suspicio, qua in Livii Tereo haec Philomelam dixisse finxit, a cuius mente ac persona quantum abhorreant melius sentiri non potest, quam si coneris verbis exprimere, quid illa fere dicere poterit. potuit nimirum de vestimento a se texto non nimis inepte sic fortasse loqui: 'quod etsi tacet, cum viderit soror tamen scibit, quid factum sit.' i nunc et haec vel cum traditis vel cum Bergkianis verbis concilia.

Ne in adiotatione quidem dignum habui quem expone-

b*

rem praeclarum senarium scilicet a Bergkio annall. philoll. 1861 p. 496 confidenter creatum

atque prius pariet locusta Lucam bovem
quem adlitterationis indicio ductus Saturniis numeris sic
complector:

atque prius pariet locusta Lucam
bovem.

Prorsus incertum est, ad quod Naevianae poeseos genus pertineant hae glossae Philoxeni apud Labbaeum: *angla ὄγες, τράπεζαι τρύγωνοι, ὡς νέβιος*, ubi *anclabres* conii. O. Muel-lerus conl. Pauli Festo s. v. anclabris p. 11. *irquus τράγων παῖς, ἀρχαίως ὡς Ναίβιος* (sic fere correxit Kleinius; *irquus, τραγιων παῖς ἀρχηγηβιοςος* cod. sed sequentem glossam *irquitatus νηπιώτατος* qui animadverterit, fortasse supra *ἀρχαίως νήπιος* scribet). ariolatur Iosephus Kleinius in mus. Rhen. XXIV 292 sq. haec ad Naevii Tarentillam referenda esse suspicatus.

In AQVILII Boetia v. 4 vocis *venter* mensuram pyrrhicam indicare videtur librorum scriptura *ueter*: nam aut sic dactylo tertius aut tribracho (non anapaesto) quartus pes dimetiendus est.

LICINII v. 2 variis modis refingere conatus est Aug. Luchs stud. I 72: *quandóquidem Marti és* (vel *Mavorti és*) *in concubiúm* (vel *coniugiúm*) *data*.

Eiusdem poetae praeter Neeram non alteram quidem comoediam, sed eiusdem fabulae nomen alterum, *Martem* scilicet, Bergkio annall. philoll. 1870 p. 832 eruisse sibi visus est ex Nonii loco p. 196, 23: 'clipeus . . neutro . . *Licinius in marte: pars magna leuius clipea portant*', quae olim Iunius et Mercerus sic correxerunt: *Licinius Maccr: pars magna laeuis clipea portant*; nec dubitavit Hermannus Peter in Licinii Macri ex annalibus reliquias recipere (fr. 24 p. 309). at Bergkio nec numeros comici versiculi indicavit, quos Saturniis opinor haud dissimiles sibi finxit, nec ullo omnino argumento inventum probare conatus est.

Ergo non magis huic credendum quam Italo, qui pannum inlepidum *murum strages aliorum oculi ut minuti lunam ariolantur* tamquam Licinii ex Neaera frustum Festo Gellii (XX 8, 6) ope attexuit: cf. Mommsenus in Festi cod. quatern. XVI p. 67 sq.

Ad CAECILII v. 1 *antrione* etiam Harl., *amftrionem* Par. P habet. De Varronis satura *Aethrione* non satis constat.

In v. 6 exitu duos et dimidium pedes, qui desint, notare volebam. melius tamen Urbinatis, ut olim, *putidam* scripturam recepissem: *naves putidas* Catonis et Varronis *putidas uvas* eodem loco codices recte exhibent; in Afranii v. 14 ipsi numeri *putidas* flagitant.

7. De taeniis, sepulchrorum ornamento, vide Welckerum in ephem. schol. univ. 1831 II 665.

11 In lemmate *mutuet* recte Par. P. *mutuet causa mea* octonario integro Quicheratius.

14 *tunc* Bern., non Basil.

25 Titulum fabulae *tardano* Par. P

28 sq. *effessione* Colb.

V. 32 *uos ante sitis* e compendio *nō* ortum esse suspicor, hoc enim sententia flagitat: *an ubi non sitis, ibi consilium claudat?*

39 Elegantius sic ordinanda verba sunt: *sibi alius socium socius sauciat.*

40 *abscondit* etiam Harl. Par. P

V. 41 fortasse sic explendus: *non haec putas [animó?] non haec in corde versantur tibi?* ac *tibi* Harl. Par. P, si fides Quicheratio.

42 *educarit* coniunctivum commendat Ed. Becker stud. I 245.

48 *nisi* etiam Par. P

61 *qui*, non *quid* Mercorum edidisse monet Quicheratius.

63 Senarios *argumentum aut de amore verbificatios Patri* deleto *meo* dimittitur A. Luchs stud. I 72.

Incertissima opinione Bergkii Philol. XIV 390 Luciliana frusta duo, quae *Hymnidis* nomen continent, ex Caecillii

comoedia hausta esse suspicatur. sunt apud Nonium p. 275, 4:

Hymnis, velim tēd id quod verumst credere

et p. 330, 9:

Hymnis, ego sic animum induco, quod tu ab insano auferas
non expleta sententia. eidem fortasse libro sive XXVIII sive
XXVIII tribuenda illa apud Nonium p. 107, 30

Hymnis sine eugio:

age destina!

quae in iocosa meretricularum autione locum habere poterunt. scripsi *age* pro tradito *ac*; nam insulsa et pingua quae nuper intrusa sunt interpolamenta non curo. Illa autem in comoediam inferre quam sit temerarium vel hexametris eiusdem Lucilii duobus intellegitur, quibus Hymnis memoratur: *Hymnidis ex facie florem delegeris* — et *Hymnis, cantando quam adseruisse ait ad se* (cf. C. M. Francken Coni. crit. ad Lucil. 1871 p. 88).

69 *Coepsti* formam nuper iste quem dicere nolo denuo invexit in hunc septenarium: *quin machaera licitari adversum aereum coepsti sciens.*

Subditivom Plautus inscripisset, ut in Amphitruone v. 497 'Amphitruo subditivos eccum exit foras.'

76. Quod dixi Plautini moris esse ordinem *filius meus eccum incedit in me* his praepositi verbo *eccum* exemplis firmatur: Amphitr. 335 'optume *eccum incedit* ad me', mil. glor. 1281 'nescio quis *eccum incedit*', Merc. 671 'atque *eccum incedit* tandem' (ubi inversum verborum ordinem correxit Camerarius), Menaechm. 888 Rud. 492 'atque *eccum incedit*' (cf. Afranii v. 200 a Lipsio emendatum), Epid. 593 'sed *eccum incedit* Epidicus', Poen. 462 'sed *eccum incedit*'; Rud. 705 'sed optume *eccum exit* senex' (cf. 805. Titinii v. 64); '*eccum* Amphitruonem: *advenit*' Amphitr. 1005; Pseud. 789 '*eccum recipit* se domum'; Casin. III 2, 432 'sed *eccum* hinc *egreditur* senati columen'; '*eccas: ipsae egrediuntur*' Rud. 663 (item Ter. eun. 79 adolph. 923); '*Pleusidippus eccum adest*' Rud. 884 (ut Ter. eun. 776); Cas. IV 2, 17 'sed *eccum progreditur*', Bacch. 611 '*Mnesilochus eccum maestus progreditur* foras.' Paulo plura intercedunt in Amphitr. 120

'meus pater nunc intus *eccum* Iuppiter In 'Amphitruonis *vortit* sese imaginem.' Idem confirmatur exemplis huius modi: Plauti Bacch. 403 'sed *eccos video incedere*' (cf. Rud. 309), Pseud. 410 'erum *eccum video* huc meum Simonem una simul Cum suo vicino Calliphone *incedere*', Ter. eun. 918 'virum bonum *eccum* Parmenonem *incedere* Video'; adelph. 361 'sed *eccum* Syrum ire video', hec. 352 'atque *eccum* video ipsum egredi', Phorm. 464 'sed *eccum* ipsum video in tempore huc se recipere.' Contrarios repperi non plus duos locos: Casinae II 4, 29 'sed *progreditur* optume *eccum* Olympio', et qui plane diversus ab illis est Andriae 855 'nescio qui senex modo *venit, ellum*, confidens catus.'

Ad v. 87 *hypobolimaco* plene in Leid. extare adnotavit Quicheratius, incerta fide.

96 Nec ad librorum scripturas *sordo* et *sordi* nec ad comoediae mores et ingenium aut huius loci sententiam satis quadrare videtur *sobrio*. aptius est: *mihī dum sōrbilo, Dōrmitum* e. q. s. Qui autem *obdormivero* dicit, non dedita opera in lecto se somnum quaesiturum esse, sed improviso inter pocula eo oppressum iri profitetur. ergo haec *et si ego obdormiucro* e. q. s. ut olim institueram, alteri, qui sodalem mittit dormitum, non ei qui mittitur, tribuenda erant. significat scilicet ille se quoque libenter cubitum esse iturum, nisi alter sibi vel custodiendus vel observandus esset.

Ad v. 98 quod Urbin. 308 titulum pro Imbriis exhibet *in phoebis* dubium non est quin *synephebis* interpretandum sit, ut exemplum aliquod ex hac Caecilii fabula vocis 'balneae' excidisse suspicio oriatur.

110 *qui* Basil. *gubernator* Dan. Montisp. *uertit*] *uer* Par. P.

114 *infelicient* iam Guyetus scripsit, exemplis Plautinis firmavit Brixius Philol. XII 655.

115 Cf. Plauti Epid. II 2, 38 'sed *vestita aurata ornata* ut lepide!'

116 Fortasse *em* inserendum erat:

habés, uide, em tibi tradidi e. q. s.

V. 124 in fine Bothianum *perduo* plane intolerabile: melius sententiae satis fiat, si scribatur:

ego pérduo (s. *perduam*) *te, qui omnes servos perdidisti*
(s. *perdito* audebis)

populátim

quale qui minatus erat, misericordia quadam commotus rogare potuit, ut caveret alter, ne in fatum quasi ultro incurreret. neque enim refutavit Corssen de vocalismo II² 402 sqq. Rudolphum Schoellium, qui in libro de XII tabulis p. 81 sqq. demonstravit futuri secundi notionem in formis illis *concreduo interdud adduo produis*, similibus inesse; quamquam glossarium vetus Mai VI 521 praesens agnoscit: '*dunt*' (scr. *duunt*), 'dant tribuunt.'

128 Pyrrichicae mensurae in vocula *immo* initio quidem versus admissae certa exempla haec secutus sum: Plauti Merc. 737 'immo sic sequestro mihi datast', Ter. hec. 437 'immo quod constitui me hodie conventurum eum', 726 'immo véro abi, aliquam puero nutricem para', 877 'immo véro scio, neque hoc imprudens feci', Phorm. 936 'immo véro uxorem tu cedo.' nec dubito quin etiam post institutam consonantium geminationem his similibusque locis *imo* scriptum tferi.

130. Probabilem sententiam video sic demum elici, si faeneratorem adolescens frustra argentum ab eo mutuari conatus interrogare statuatur:

satine huic ordini,

étsi nihil *ego* *egi*, quaésti?

unde ille tam insolentem de quaestuosissimo negotio quaestionem miratus et tamquam stupescens repetit interrogando *quaesti?* adolescens autem significans scilicet, aliunde se fenus sumpturum esse respondet, *quia sunt aemuli* conplures, ideo se dubitavisse. *satine hoc ordivi? etsi nihil egi quaesti, quia s. a.* Quicheratius edidit.

132 Notissimus currentis servi habitus, de quo Plautus Capt. 774 'eodem pacto ut comici servi solent, *Coniciam in collum pallium*, primo ex med hanc ut rem audiat'; Epid. 168 'age nunc iam orna te, Epidice, et *palliolum in collum conice*,

Itaque ádsimulato, quasi per urbem totam hominem quaesiveris!' Terentius in Phormione v. 844: 'séd ego nunc mihi cesso, qui non *umerum hunc onero pallio* 'Atque hominem propero invenire.' Eundem morem etiam imaginibus antiquis apud Wieselerum in monumentis scaenicis X 4 et optime XII 34 inlustratum videmus, numquam tamen ad pedes pallium dependere properanti eiusque gressum adeo impedire cognoscitur, ut non concedam Buechelero cum nostri frusti sententia comparanda esse Enniana ex annalibus verba (v. 363 V.) eodem loco a Nonio laudata *pendent peniculamenta unum ad quemque pedulem* (calceum scil. *pedum* libri *quodque pedule* Scaliger: secutus sum Quicheratium). *Palliolatim* saltantes dubium non est quin item convolutum in lacinae formam pallium manibus gestaverint variasque ad figuras imitandas adhibuerint (cf. Frontonis ad M. Antoninum epist. de orationibus p. 157 Nab.).

138 *molichina* Harl. *anperinta* Par. P.

140¹ In Harl. post *paussimacho* sequitur lacuna, tum *et est toga*.

V. 142—148. Enarranda hic etiam aliorum restituendi cantici conamina, quibus margines textus onerare nolui. atque octonarios trochaicos continuavit Kayserus (ind. Monac. 1854 XXXIX n. 91) tales:

ís demum miser ést qui aerumnam suam [ípse] non quit
óccultare.

férre ita me uxor fórna et factis fácit, si taceam, támen
indicium:

quae nisi dotem habet ómnia quae nolís. qui sapiet dé
me discet,

146 quí quasi ad hostis cáptus liber sérvio salva úrbe at-
que arce.

* * *

quae mihi quidquid plácet eo privátum it [nec volt]
míhi servatum:

cúius dum ego mortem ínhio, iam egomet vívo mortuus
ínter vivos.

Septenarios Tittlerus annall. philoll. 1861 p. 143 sqq. edolavit hosce:

ís demum miser ést, qui aerumnam ócultare suám nequit.
ferre ita me uxor fórma et factis, sí taceam, indiciúm facit,
quae nisi dotem habét quae nolis. dé me discet quí sapit,
quí quasi ad hostis cáptus liber sálvaque arce sérvio.

quae quidquid placet eó privato víro se servat únicam.

[sive quidquid placitumst e. q. s.]

dum eius mortem ego ínhio vivae, égomet vivo mórtuus. Convenit mihi cum Kaysero de v. 146, qui ut extat in libris optimis salvus atque integer est, corruptus autem anaepaestis Fleckeiseni. ineptit Tittlerus, quem latuit simplicissima sententia: nempe dicit senex noster salva urbe atque arce Athenarum scilicet, libera atque incolumi civitate se solum servire, quasi captus sit bello. Versum *secundum* qualem exhibet Kayserus acciperem, si intellegerem. intellegi hoc vult: 'ferre ita me' (sc. aerumnam meam, ut nequeam occultare) 'uxor indicium facit, etsi taceam.' ubi primum aegre desideratur obiectum, quo tum demum carere facile possemus, si antecedenti quoque versu 'ferre' verbum legeretur. omnino vero tota sententia displicet: potest aerumnae indicium facere dici ipsa uxor, sed quomodo ferat vir talem aerumnam, non ipsa forma et factis prodit uxor. In *tertio* versu Kayserus dactylum *omnia*, item in *sexto* admisit *mortuus*. Praeterea illic *habet* ei transponendum fuit, in *primo* et inserendum praeter necessitatem *ipse* et *nequit* in *non quit* mutandum; in *sexto* *dum eius* duplici Gellii et Nonii testimonio firmatum temere mutavit; *quinto* inania interpolavit, quamquam ad sensum paulo aptiora quam quae praeierat Fleckeisenus *nec volt me servatum*: at profecto servari et vivere maritum voluit uxor, ut haberet quem exerceret atque cruciaret. Ego quidem transpositionem versuum 148 et 147 ut vitarem multa frustra temptavi: manet lacuna intolerabilis, eamque ipsam post v. quartum indicare Kayserus suis rationibus coactus est. Idem probe sensisse videtur, quam incommode initiis versuum et relativa (*qui, quae* 146. 148) et demonstrativa pronomina (*eius, ea* 147. 149) repetantur. contra

vide quam pulchre sibi respondeant illa 'servio salva urbe atque arce' (146) et 'inter vivos vivo mortuus' (147). iam ut enarret modo quid factum sit, planissimum transitum parat v. 148.

Multo audacior Tittlerus, qui nullum versum intactum reliquerit transpositis v. 1 *occultare suam nequit*, v. 3 *de me discet qui sapit*, v. 4 *salvaque arce servio*; deletis v. 2 *tamen*, v. 3 *omnia* (quod otiosum dicit!), v. 4 *urbe*, v. 5 *mihi*, v. 6 *inter vivos*; inserto *vivae* v. 6; pravissimo commento in v. 5 *privato viro se servat unicam*. adsecutus est tanta temeritate tres versus pessime in simillima *nequit facit sapit* exeuntes; tres pronomine relativo *quae qui quae* incipientes; eandem in v. 2 sententiae obscuritatem, quam admisit Kayserus; v. 5 quo spectet *quae* ut sit obscurissimum; ridicule denique additum v. 6 *vivae*, quasi quis mortuae mortem inhiet.

Buecheleri quoque coniecturas adlatas mihi, dum operae plagulas corrigo, suo loco quominus proponerem chartarum angustiae veterunt. neque enim potest in hac re sat comode iudicari nisi integro, quale quisque compositum fuisse apud se constituerit, carmine exposito. probatis autem Fleck-eiseni in priore cantici parte anapaestis, in quibus pauca quaedam mutari vult, inde a v. 151 continuari per systema baccheos iubet, haec ut totius loci forma evadat:

is dēnum miser est, qui aērurnam suam nōn potis oc-
cultāre.

facere ita me uxor forma et factis facit, si taceam, tamen
indiciū.

quae nisi dotem omnia quae nolis habet. qui sapiet, de
me discet,
qui quasi ad hostis captus liber servio salva urbe at-
que arce.

5 quae mihi quidquid placet, eo *privat, privatum vult me*
servatum.

dum *ergo* eius mortem inhio, egomet vivo mortuus inter
vivos.

ea me clam se cum mea ancilla ait consuetum, id me
arguit,

ita plorando orando instando atque obiurgando me optudit,
 eam uti venderem. nunc credo inter suas aequalis et
 cognatas
 sermonem serit: 'quis vostrarum fuit integra aetata,
 quae hoc
 idem a viro impetrarit suo, quod ego anis modo effeci
 paelice ut meum
 privarem virum?' haec huic erunt concilia hodie.
 differor sermone misere.

Ac verum quidem est anapaestos versuum 2—4 et 6 sat
 facili opera confici, nisi quod v. 4 numeri non aequae, sed
 multo magis elegantes trochaici habentur. at nimis meo
 quidem sensu argute in v. 2 *facere ita* virum vult, qui quod
 occultare nequeat patitur, in 5 autem hanc inesse sententiam
 statuit: 'privans ait' vel 'simulat me servatum', otiosum autem
 in 6 inseruit *ergo*. Ceterum anapaestos qui flagitat, hosce
 sibi habeto:

is demum miser est, qui aerumnam suam *nesciat occultare
 foris*. ita *mi* uxor forma et factis facit, si taceam, tamen
 indicium.

quae nisi dotem omnia quae nolis habet: qui sapient, de
 me discet.

quamquam ad sententiae colorem et transitum cogitatorum
 parandum bene adpositi erant bacchei v. 145. At in reli-
 quis certe trochaeos utique tenebo; nam in sexto ut *inter
 vivos vivo mortuus* contra libros ordinetur, vel adlitteratio et
 figurae concinnitas suadere videtur. Baccheorum ordines
 quos continuari Buechelerus iussit num meis numeris prae-
 stent iudicium aliorum auribus relinquo.

Menandri versus Hauptius in prooemio Berolinensi hib.
 a. 1855/6 ex parte emendare conatus est eorum, quae iam
 ante eum in proeodosi eodem modo correxeram, ut adsolet
 ubi vellicandi locus non est, inmemor. nam inter tria eius
 inventa (cetera enim iam a Meinekio restituta erant) longe
 optimum, quo in primi versus fine ἡ 'πίκληρος ἡ καλή
 scribitur, totidem litteris pridem in meo exemplari legebatur,
 ubi etiam Meinekii errorem quandam brevissime ut inter

doctos notaveram, quem ille multis verbis sibi refutandum esse putavit. In versu 8 iam Spengelius p. 41 vindicaverat quod spernere non debebam τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, quibus sequentis versus principio Hauptius ἔστιν addidit. Versum 11 olim conieceram sic supplendum esse ἐκκαιδέκα τάλαντα [ταλάντατον]. Extremorum versuum sententiam hanc fere per corruptissimae memoriae nebulam dispicere mihi videor:

παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ τοῦ δόμου
θᾶττον ἀπάγοι τις ἢ ἔτεραν ἂν εἰσάγοι.

sic enim ultimum correxit Henricus Iacobi meus pia memoria colendus, quamvis librorum indicibus ne sic quidem omni ex parte satisfactum sit. accedit quod excidisse quaedam post v. 14 suspicor: nam hiant sententiae.

Ceterum varias Graeci textus scripturas ex proecdosi repetere ab huius libri consilio, quo non Menandri fragmenta edere animum induxerim, alienum putavi.

158. Ei qui interrogaverat 'sed túa morosane uxor quaeso est?' alter brevissime respondere fortasse potuit 'quam!', scil. 'et quam morosa quidem!' sed tum nec ipse addidisset 'rogas?', quod sic nude interponi solet, nec alterum conveniebat quaerere 'qui tandem?'

163 *proclio* Par. P Bern. (non Basil.)

In Menandreis (fr. IV), quae ad fr. VIII adscripti, v. 5 ἐπαμφιέσαι Meinekii emendatio novissima recipienda erat.

167 Nonii p. 155 *istuc* expunctis *is*, suprascr. *n* Harl. *nunc* Par. O

178 *ista ecaufest* Par. P, qua scriptura etiam clarius quam ceteris indicatur *si*.

181 *hospitium* etiam Harl. Par. P

190 *neque florem neque flocces* vel adlitteratione contra omnem mutandi libidinem defenditur. satis autem aperta sententia est: scil. vinum ipsum, liquidum et purum bibere volo, nec florem odorare nec faecibus inquinari.

197 *se eum* Nonii Par. P

Ad v. 215 laudare poteram Terentii Phorm. 686 'opera tua *Ad réstim res redit* mihi quidem planissime.'

217. Notabili exemplo Urbinas 307 in rectam emendandi

viam deduxit: expleri initium interiectione *eia* potuit, quae ante *tanta* facile exciderit. lusit autem servus, ni fallor, adulescentem comissantem, qui a convivio, ubi cum amica ad cubuerat, domum rediens corollam illi detractam exosculabatur. *invasit* verbo ille usus est, ut velut insaniam quandam subito inlatam notaret: nam invadere morbus pestis furor metus dicitur. senario *tantam* scriptura obstat, quam in *tanta* temere, ut puto, mutavit Bothius. *hinc* praebet codex Victorianus. *in cor dandi dulcitas* amico cuidam in mentem venerat.

219. Quod Bothius scripsit *familia ei fame perbitat*, quamquam non male inventum, recipere tamen in textum nolui, quia *familiae* numero plurali urbana et rustica familia intellegi potest. Cf. Plauti Cist. I 1, 47 'nam si haec non nubat, lúgubre *famé familia péreat*.' Ceterum octonarium iambicum nuper nescio quis praescripsit talem: *hic amét, fame familiae pereant* e. q. s.

227. Fuit qui *domum abiit* commendaret: sed qui concedit de via, aut vitat praesentem aut certe locum dat aliis, ipse se recipit: exemplorum plenam esse comoediam nemo nescit.

Versus 241 initio *olim* post *licebit* facile suppleri potest.

244. Non turbatur adlitteratio composito *elusseris* ante *lautissime*, oneratur autem sermo moleste repetita particula *ut*, cui in tam arte coniunctis verbis locus nullus est.

248. Sententiam vide an ad normam dicti 'ius summum saepe summast malitia' talem fere poeta formaverit:

summa (vel *saepe*) *innocentia ést summa eloquentia*.

sive magis placet: *saepe innocentia ipsast eloquentia*.

254 sq. Praefert Buechelerus intra unius septenarii modulum conclusa haec: *nómen virginis, nisi verum est, deíntegravit*; eosdemque numeros (sed *verginis* 'secundum arcanam rationem sonorum' scilicet Leidensis auctoritate et *mirum*) elegantiarum arbiter Lucilianus nuper probavit. parum prospere Acidalius *nisi vir non est* coniecerat.

Versum 275 qui Caecilius esse negat O. Muellero ita adsentior, ut etiam tragoediae multo probabilius quam comoediae adscribi censeam.

Plauto versiculum relinquo bis a Nonio p. 149, 9 (v. petilum) et 205, 3 (v. frontem) laudatum, sed corruptum utroque loco, cuius medela certe Oedipo Petropolitano non contigit. mihi certum videtur haec *coloratilem (coloratum) frontem habet* emendanda esse: *corollatum ille frontem habet*; cetera Ritschelius absolvat.

Merito inter *Caëlii Antipatri* fragmenta rettulisse videntur quae apud Petrum in historicorum Romanorum reliquiis p. 148 n. 5 p. 163 n. 57 extant, quamquam prior locus (a Nonio p. 80, 32 laudatus 'bellosum, bellicosum. Caecius: tantum' e. q. s.) non abhorret a numeris, si lacunam statuas:

tántum bellum súscitare cónari aduersários

. cóntra bellosúm genus

notumque est quam saepe in comoedia astutiarum machinae cum bello comparentur. Librorum quidem testimonia (apud Nonium *caelius* Harl. Leid. *coelius* Bamb. Colb. Dan. *caecilius* W Par. P Urbin. 307) parum fidei merentur: certe in Nonii et Prisciani codicibus sollemnis fere *Caëlii* et *Caeciliii* nominum est commutatio (vide Petri adn. crit. ad fr. 5. 7. 8. 9. 23. 26. 30. 36. 37. 43. 45. 57. 62). addere possum apud Nonium p. 87, 6, ubi ceteri libri *Caëlius* perperam pro *Claudii* nomine (Clausii Quadrigarii fr. 24 p. 217 P) exhibent, in Urbinate 307 etiam *cecili lib. I* laudari.

IVVENTIO vel certe comico cuipiam poetae cur quae apud Varronem de l. l. VII 104 M. misere corrupta extant mallet quam Sueio ascribere, in museo Rhenano XXVII 183 satis exposui. nec miror quod qui nuper Sui carminum reliquias iteratis curis recognovit mea nec memorare nec refutare dignatus inquinare saliva sua ut solet satis habuit. neque istius ego facetiis quidquam reponam praeter lepidum versiculum, quem summus poeta noster non sui tantum opinor consolandi causa in obtrectatorem lividum et protervum iecit:

holopánto suus sibi pedis est, et mihi pol meus debetur.
libuit enim bellum septenarium Latine reddere. nam etiam quibus in alio carmine Goethius eundem hominem pestilen-

tem (ut ad nomen adludam) ac spiramina (non incendia) vana vomentem dirumque eius putorem descripsit, vivam Incubi mei (quem tamen numquam vidi) imaginem mihi reddere videntur. cui nunc in omne, ut spero, tempus vale dico: nam etsi non ita mihi ipse defuero, ut si quid bonae frugis prompserit nolim participare, at neque nomen eius repetere neque locum, ubi genio suo indulserit, indicare fas habebō.

Sed ad Varronem ut redeam, et certum est ei exemplo, quo vocum ab animalibus translatarum series concluditur, item ut superioribus auctoris et cuius sonus redditur animalis nomen praemissum fuisse, nec probabile, postquam paulo supra Sueius laudatus fuit, interposito Plauti versu eundem Sueium iterum inferri. Graecis autem, quos in Suetonio suo repetiit Reifferscheidius p. 253 sq., tractatibus, ubi *νυκτερις τριζει* et *νυκτεριδα τετριγέσαι* legitur, *trittiles* voces non inepte *ululae* tribui firmatur. nam Baehrensius cur maluerit *Suei a colubra* apud Varronem scribi nondum demonstravit. *serpentium* quidem Suetonio auctore est *sibilare* (*ἐπι ὄφειν συρίττειν* vel *συρίζειν*, *δράκωντος συρίττειν*). Poetae verba, quae ex prologo aliquo sumpta esse suspicor, quam lubricum sit restituere velle non dissimulavi. eo minus silentio premissa sunt aliorum conamina. longe enim a mea opinione discedit Buecheleri coniectura, qui totum locum emendari posse desperans octonarium iambicum proposuit hunc:

qua in ré neque in iudícium Aesopi néc theatri trittiles quod 'obloquaris, obmussites' interpretatur. Aesopum autem cum intellegat tragicum histrionem, a Iuventii poesi haec aliena esse statuit. praeterea quod legitur *tradede* probabili ratione *tragoediae* corrigi et praemisso *ita* in antecedentis versiculi fine poni iubet, reliqua Varronis esse arbitratur. quae num propius meis a vero absint penes acutiores arbitrium esto: persuadendi quidem vi vel ideo carent, quia nec lemma restituere nec initium sententiae, saltem ut intellegi possit, sarcire conatus est vir amicissimus; nam ipsum Varronem tam trunca dedisse prorsus incredibile.

Ceterum non alienum ab huius libri consilio est quam-

vis brevem eorum, quae musei Rhenani l. l. p. 181 sq. disserui, memoriam hic inserere. nam quae paulo supra locum modo tractatum in Varronis libro VII 104 leguntur, cum inter palliatae fabulae frustra (XVIII) olim receperim, nunc Ritschelio adsentior, qui Parerg. p. 30 Suevio sive Sueio vindicavit. sed sic emendanda esse demonstravi: *Suei ab irundine: irundo, tú (vel et tú) fritinnis suáwiter*. Excerpta autem haec sunt ex *pullorum* carmine: cf. Varronis e saturis hendecasyllabum p. 235 fr. II R: *et pullos peperit fritinnientis* et Suetonii pratum p. 253 R: *hirundinum fintinnire* (immo *fritinnire*) *vel minurrire*, quamquam alibi cicadae dicuntur fritinnire (etiam in anthol. Lat. n. 762, 35 R.), hirundines trissare vel trissitare (item in anthol. Lat. n. 733, 5. 762, 26 R.: cf. *χελιδὼν τετιβίξει, χελιδόνος ψιθυρίζειν*).

Apud TVRPILIVM v. 3 *uxorem ducere audio* Quicheratius, inperite.

5 *amrscedat* Par. P

9 Olim delevi primum *est*, quod intra duos versiculos quater recurrit, ut trochaeos utrique restituerem, neque repugnare sermonis scaenici consuetudini nudum *ita* exempla in Holtzii syntaxi II 285 collecta demonstrant. *sita*] *si ita* Bern. (non Bas.) indice Quicheratio.

13 Lemma ut ego constituit Quicheratius. *gracile* Harl.

14 *ut res ést gesta* vel potius *uti res géstast* (sive *res ut géstast*) flagitat Ed. Becker stud. I. 158

25 *demetrius sed iam* Par. P

26 *na nam* etiam Harl. teste Quicheratio. Non dissimilis in Sticho 345 inter Gelasimum et Pinacium sermo:

iándudum ego istunc aégre patior dicere iniusté mihi.
praéter hac si me ínritassis ¶ édepol essuriés male.

Perderet nostri responsi sales qui *dolebis* scribi vellet.

31 *digitulis* iam Passeratius. Cf. Plauti Bacch. 675.

32 *meos* Colb. p. 466 *parentes* Harl. Colb. *parente* Par. P p. 466

38 Non ignoro equidem *suum sibi* hoc ordine solere collocari, sed ea mente, ut artissime dativo possessivo pronomini adiuncto quod maxime proprium sit significetur: 'suo sibi patri' Plaut. Capt. prol. 5, 'suo sibi servit patri' 50, 'gnatum suum sibi' Asin. 72, 'cum suo sibi gnato' 825, 'suam sibi cognatam' Poen. prol. 97, 'tuus tibi servus' Bacch. 992, 'suo sibi suco vivunt' Capt. 79, 'telo suo sibi' Amph. 269, 'suo sibi gladio' Ter. adelph. 958, 'sua sibi fallacia' Plaut. Capt. 46, 'sua sibi pecunia' Pers. 81, 'mea mihi pecunia' Truc. III 2, 30, 'sua sibi ingenua indoles' mil. 632, 'suum sibi proscenium' Poen. prol. 57, 'reddam suum sibi' Trin. 156, 'suam rem sibi salvam sistam' Poen. V 2, 123. diversa ab his aliisque exemplis nostri loci indoles est, ubi *sibi* ad praedicata 'esse indulgentem et diutinum' referendum est.

56 *quam* tuetur Studemundus.

57 *lubendum* Bern., non Bas.

61 *causarum* manus docta in Merceriae pr. margine.

62 sq. Librorum auctoritas fortasse paulo pressius servatur, si post *diutius* illud *errari* compendio scripturae contractum statuamus ex hoc *sermocinari*. ad sententiam bene quadraret etiam *me sollicitare*. Sequentem versum sanum non esse et sententia difficilis ac dura et numeri clamant, sed lenius remedium nondum inveni quam ut interponantur quaedam, sic fere:

nec [excusare usque] esse suae parum obsequellae [apud nos].

65 Modo *at enim*, modo *at enim* pronuntiatur in comodia, sed ut trochaicae mensurae paulo plura exempla sint: Plauti Bacch. 991 Most. 808 Men. 790 Pseud. 435. 641 Poen. 904 Pers. 832 Stich. 129 Trin. 806? Ter. Phorm. 487. iambicae praeter Naev. 59 haec habeto: Bacch. 1080 Poen. 653 Pseud. 538 Ter. hautontim. 699 eun. 381. utraque in eodem versiculo coniuncta est Poenuli 1186: *at enim volo hoc agas*. ¶ *at enim ago istuc*; eadem formula *at enim scin* iambica in Pseuduli v. 538, trochaica in eiusdem v. 641 invenitur.

66 *Sed quis hic est* qui recta platea cursum huc con-

tendit suum?' Plauti Cist. II 1, 57: ergo *scilicet quis hic est accentus non placent.*

68 *uolo* Par. P

74 *gestantem* Aldina

77 *rus* om. Par. P

Ad 80 minus accurate adnotavi *nam* omnes libros exhibere: quid verum sit superior docet adnotatio.

81 *ut quam primum* Palat.

92 sqq. Responsi structura haec est: 'contendas, ut redempto senis pretio Phaedria tibi liceat redire' e. q. s. severitate scilicet patris Phaedria postquam ut Menedemi Clinia in hautontimorumeno compulsus est, ut relinqueret patriam (fr. I cf. III), vel ab hostibus in bello vel a piratis (fr. V) captus est. eum meretrix, propter cuius amorem pater filio iratus fuisse videtur, argento techinis quibusdam ab hoc impetrando e servitute redimere iubetur a servo, quod si perpetraverit, consuetudine amici denuo fructur. ergo *Phaedriae* coniectura repudianda est. Interrogationis *ubi potestatem?* exempla reperies apud Heinsium ad Ovidii epist. V 150.

98. Servanda esse *ad nos certam* statuit Buechelerus, rectius etiam *duae* deleri; ceterum senarios audire sibi videtur, quorum alter ab initio mutilus sit, sed ut lateat *dubius* adiectivum. at mihi certum videtur *lembos* dici non potuisse ratem adcelerare: immo ad ratem adcelerarunt lembi, ut caperent. estque illa ipsa corruptela *nos certam* pro simplici *nostram* ut compendio scripturae male intellecto orta in Nonii libris admodum frequens. Femininum genus *lembi* vocabulo, quia ad naves pertinet, adhibitum est, quamquam masculino et apud Graecos et apud Plantum Merc. 193 aliosque Latinos usurpatur. ita 'Centauro magna' Vergilius Aen. V 122, ubi vide Servium (cf. Neuius gramm. I 669). accedit disertum Prisciani p. 658 P testimonium non praeteritum a C. L. Schneidero gramm. II 54: 'sciendum tamen quod vetustissimi in multis . . . inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate', ubi inter multa alia *lembus* adfertur. Audaci et inutili transpo-

c*

sitione Quicheratius senarios *lembi redeuntés domum Duo nóstam certatim accelerarunt ad ratem* distribuit.

99 *me unius* etiam Montisp.

104 Navicularium Phaonem puella osculatur, quam concipiens ambitiosus amator haec exclamat. ergo neque *illum*, quod omnes, neque *illaec*, quod plerique libri deinde praebent, probari potuit: in meo textu *illa* interpretor quae committit facinora impudica, *haec* ad puellam praesentem refero.

105 *Longe* de loci distantia usurpatum non eo sensu, cuius exempla aliquot Hauptius nuper in prooemio Berol. 1872 aest. p. 7 composuit, scilicet ut significet 'e longinquo', sed sic 'longo abhinc spatio' intellegendum. plane eodem modo Martialis I 86, 6 'tam longe est mihi quam Terentianus' et Plautus Rud. 1034 'ubi tu hic habitas? ¶ porro illic longe usque in campis ultimis', et quis non? Interroganti responderi videtur *ecum isti ilico*. non sat intellego quae Buechelerus librorum premens auctoritatem scripsit: *sed quám longe est, cum isti ilico?* comparato quidem Plauti Rud. 266 'ilico hinc ímus hau lóngule ex hóc loco', ut in nostro quoque exemplo *isti* interpretari videatur 'ivisti', et tamen perverse interpretari Nonium ipse verissime animadvertit. ego *isti ilico* etiamnunc ut olim idem valere censeo quod apud Ennium in tragoedia v. 303 'ilico isti', duplici scilicet adverbio acriter demonstrandi causa posito. olim *quam longe est cum* ad temporis longinquitatem referebam, neque id sermonis natura omnino vetabat, sed quam inesse statuebam Thyesteae illius execrationis parodiam quandam minus in Phaonis persona aptam esse nunc sentio. Semel apud Nonium excidisse *ilico*, eum et Turpilii verborum ultimum esset et lemmatis novi primum, iam Acidalius viderat.

106 Fortasse *ne me attigas, apage aufer Manum* scribendum est. Novum attigandi verbum indagavit criticorum qui sibi videtur princeps, qui nuper rescribi 'ocius' scilicet iusserit: *ne me áttiġa atque aufer manum*.

Atrociter repulsus *heia quam ferocula est!* inquit ut in Casina v. 710 Olympio 'obsecro ut valentula est!'

110 Incredibile est quod Bergkius statuit, in suavissimis

his et elegantissimis versibus per vulgaris sermonis scabritiem poetam 'mi cupiditas' vocativo casu pro *mea* sine ullo versus vel sententiae commodo intulisse.

112 *limasset* etiam Montisp. *limassit* Par. P: verum autem ed. a. 1476 exhibere videtur *limasses*, quod ipsum in Caecilii qui proxime antecedit v. 140 Harl. W Par. P praestant pro eo quod in hoc quidem verissimum est *limassis* facili librarii errore.

121 sq. Adlitteratio nisi esset, iure dubitari posset an non *tumultu uccordi uagas* praestaret, ut semel ipsi Nonii codices exhibent.

123 *hortari* Harl. Montisp. Par. P

124 *celarent* Par. P, *cederent* Dan.: ex Harl. *celerent* enotavit Quicheratius.

126 *tristitatem* etiam Guietus.

127 Frustra Muellerus in prosodia Plaut. p. 56 formulis *sátius est, mélius est* in exitu versuum usitatissimis demonstratum ivit, nusquam non apud Plautum comparativi terminationem in *us* brevem esse: diversa enim aliarum locutionum atque caesurae ratio est, nec eripi nobis patiemur exempla huiusmodi: Men. 327 'proin tú ne quo abeas *lóngius* ab aédibus'; Most. 326 'cáve modo né *prius* ín via accumbas.' atque etiam in Trinummo v. 247 Ritschelius nunc 'iam *ámplius* órat' cretice dimensus est (cf. Buechelerus annall. philoll. 1869 p. 488). de Turpilio sane eiusque aetate multo maiore iure dubitatur, qui tamen cum sermonis certe colorem multo vetustiorum Terentio prae se ferat, in metiendis quoque vocabulis hic illic antiquam rationem retinuisse potest.

129 sqq. Grautoffii coniecturas probat Ed. Becker stud. I 142, nisi quod *cum agit alias res* scripsit.

131 *qua fiala vini* coniecit Quicheratius.

145 *comparce* Harl.

149 Nec ipsum *dispoliandi* verbum nec *dispoliare rem* pro eo quod est dissipare, disperdere exemplis quantum scio satis firmari potest: nam etiam Apuleius in apologia c. 76

p. 87 K. 'pudore *despoliato*', non *dispoliato*, ut in libris legitur, scripsisse putandus est. ac nostro quoque loco prudentius videtur, quamvis *dis* praepositio per se apta sententiae videri possit (cf. supra ad Naevii v. 57 disputata), commendatam bonis libris *despoliasti* scripturam recipere. castigans nimirum pater filium luxuriosum 'meam' inquit 'rem tua libidine deminuisti', ut iam nihil fere relictum sit. *dispolasti* non coniecissem, nisi tum etiam Nonii p. 480, 12 non doctrinae, sed testimonio aliquam fidem habuissem. *dispolare* scilicet verbum aliquod ad illius *interpolare* similitudinem factum mihi fingebam, atque ut hoc in fullonum officina videtur ortum esse, ubi interpolabantur, h. e. refingebantur sarciebanturque vestes, sic sensu contrario *dispolari* dici potuisse quae in singulas lacinias discerperentur coniciebam. sed tam vaga suspicio cum in sola Nonii auctoritate nitatur, cuius exempla ut alienissima ab illa interpretatione, ita e libris corruptis manifesto excerpta sunt, abieci totam ariolationem. Ceterum apud Lucilium lib. XXVI (Non. 97, 6) librorum scripturis *depoculassere* et *depoculassere* aperte indicatur *depoclassere* forma, in alterius versus exitu *depopolassere* conicio.

152 Mensuram *hōdie* producta vocali *o* a Plauto certe nondum ubique vitatam fuisse Buechelerus de lat. decl. 52 statuit et adversus Ritschelium (nov. excurs. Plaut. I 91 sqq.) firmare studuit annall. philoll. 1869 p. 487. cumque diserto Marii Victorini testimonio tradita sit longior *hocēdie* forma, quam tamen scio non mihi tantum dactylis magis quam scaenicis numeris commodam videri, quidni brevior sive *hoc die* sive lenior *hō die* (ut *hi iacet* in titulo CIL II n. 3244) aliquando admissa fuerit? certe praeter illos locos, ubi aut *hōdie* aut *hocēdie* formis in versu opus est, restant qui non minus facile hanc quam propositam a Ritschelio *hodied* ferre videntur. Turpilio vero quid hac in re etiam licuerit decernere nemo facile audebit. Attae exemplum v. 4 sq. propter personam mutatam ambiguum est.

153 *siem* Quicheratius receptis ceteris ex ms. Fabri.

154 In anapaestis, quos in adnotatione proposui, non commendavi, *quidnam* pro simplici *quid* legendum est.

157 sui] *uir* Mercerus.

162 C.F.W.Muellerus quod coniecit *famae ac flagiti* haud infitiandum est commendari Ciceronis ep. ad Att. XVI 7, 4 exemplo 'neum factum . . . flagitii scilicet plenum et dedecoris.' quamquam minime constanti usu in scaenica poesi genetivus cum verbo *opplere* similibusque (cf. adn. ad Afranii v. 16) coniunctus est: Plautus Pseud. 588 'participes meos praeda onerabo atque opplebo', Amph. 251 'telis conplebantur corpora', Casin. I 33 'ego te inplebo flagris', Naeivius 136 'animum amore capitali compleverint', Aquilius 8 'oppletum oppidumst solaris', Ter. haut. 306 'lacrimis opplet os totum sibi', qui 'explere' numquam non cum ablativo construxit (cf. Accius 323); Ennius trag. 53 'navibus complevit manus litora' (cf. ann. 310).

164 *nuptias abiecti iniquos nuptias abiecti amicos* Par. P

166 *crepa* coni. Quicheratius.

177 sq. Meretriculae interroganti *qui prorogem meas fortunas, mater?* hanc respondere fingit Buechelerus: si amatores, qui tua causa huc veniunt, despoliaveris. sed *prorogare* augendi et amplificandi notione quis dixerit non reperio. ac fortasse ipsum quod libri tradunt *gemmeas* retinendum est.

181 *locus* Bern. (non Bas.)

182 *videre mi* clausulam Buechelerus ita defendit, ut pro uno verbo esse moneat per enclisin conexa conl. v. 196 et Varronis sat. 45 'ignorasse me.' tamen Terentium e. c. video non sic scripsisse eum. 730 'vah quanto nunc videre mi Formósior quam dudum!' sed 'formosior Vidére mihi'; et hautont. 59 'quod mihi videre praeter aetatem tuam Facere', non 'quod praeter aetatem tuam videre mi.' contra *soles, solet, ut solet*, similia in exitu versus frequentia. cur igitur istam clausulam, cuius geminum, ut in tam solita formula expectes, exemplum desidero, poeta noster alteri sollemni fere praetulerit?

188 *dextra accubui* coni. Lipsius.

V. 196 sq. septenarios iambicos esse existimat Buechelerus, priorem sic *excidit mi* concludens, in alterius caesura hiatum

tolerans et in fine plerorumque librorum *conlocaram* servans. eosdem septenariorum fines probat A. Luchs stud. I 73.

205 *transilconem* et 207 *traseleone* Par. P, 211 *treseleone* Harl.

205 Praefero nunc quod ante Bothium vulgabatur: *non est mediocris [haec] res neque vulgaria.*

208 *interducere* Bern.: an *interdeicere*?

212 *conloquium* Harl.

Inter ANONYMA palliatae fabulae frusta II simile est Plautinis Cistell. II 3, 73 sqq. 'est grávida facta, priusquam peperit filiam. Eam póstquam peperit, iussit parvam proici. Ego eám proieci et alia mulier sustulit.' ut illic Lampadio, ita hic quoque qui loquitur impatienti diligentia tardiusculum vel stupentem edocere videtur.

3 Melius hoc laesae in *advenit* positionis exemplum attulisset Muellerus prosod. 285 quam alia.

V.9 nescio an corrigendus sit hunc fere in modum: *nam quid modi facturust ista denique?* ut librarius quod infra eodem loco legitur *risu* supra praesumpserit.

12 In fine supplere poteram *suam*: integrum reddere mutando *quálem delicatus iste* non audeo.

22 Cf. A. Luchs stud. I 70

25. Dubium est utrum is qui loquitur *senserit locum*, quo devenit, vinnulum esse, h. e. ad labyrinthi modum perplexum atque insidiosum, an ut orationem vinnulam Plautus dixit, hominem sive sermonem *sensilocum*, h. e. blandilocum et incelebrosum.

P. 116 ima lege: *praeccludere videntur.*

V. 32 *Colligari* nuptiae quidni dicerentur? si quidem 'coniugia nuptae . . ligant' in Senecae Herc. Oct. 457 et 'artior . . colligatio est societatis propinquorum' Cicero de off. I 17, 53 scribere non dubitavit; ne moneam in coronae mentione multo etiam aptiorem vincendi et nectendi quam *iugandi* vocabulum fuisse.

37. Ciceronis verbis 'ut nihil ei constet *quod agat*' qui

uti velit, possit in fine versus addere *nec quid agam sciam* (vel *scio*).

46 sq. Fleckeisenus quoque in annalibus suis philologicis 1872 p. 365 adn. traditum *non* in *nonne* mutare veritus inseri post 'quas' sive *quando* sive *forte* mavult, ut hic versus exoriatur:

nón tu scis, si quás [quando s. forte] aedes ignis cepit ácritér

Possis etiam *semel* inter *scis* et *si* inserere. Item Studemundo adsentior v. 53 *non putas* recipiendum esse. A. Spengelii de particula *nonne* libellum aegre fero numquam mihi in manum venisse neque adhuc parabilem fuisse.

50 Lacera Charisii verba Aemilius Baehrens annal. philoll. 1872 p. 365 sic transponi iussit: '*aegre*. idem in eadem: *aegre faciam filiis*. subaudiri debet verbum ut *sit* aliter Plautus' e. q. s. ut eiusdem poetae et fabulae hoc frustum fuerit, cui v. 46 sq. debentur. sed qualis in codice legitur grammatici explicatio 'subaudiri debet verbum, ut *sit aegre*' per se optime habet; plenius enim enarratur sententia: '*faciam ut sít aegre filiis.*'

55 Non quia per se non rectissime dicatur *miser labor* ut misera cura ambitio cupido, alia, sed quia ab huius sermonis indole et comicae dictionis consuetudine alienum videri potest, dubito num *meus* vel *mis* praeferendum sit.

58 *Inmo certe* sic coniuncta tuetur Terentius eun. 812 '*credin? ¶ immo certe: novi ingenium mulierum.*' sententia probabilis vide an haec futura sit: *inimici causant? immo certe potior es*, ut hic quoque per inrisionem quandam ultro detur adversario potiori esse inimicis, quorum adversus eum machinae nil valeant. quod in textu posui *in amici causa es* (ubi tamen interrogandi saltem nota addenda) defendi possit Ciceronis pro Marcello 1, 2 verbis 'vehementer angebar virum talem, cum in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna' hac scilicet sententia: quod te in eadem causa esse dicas, in qua amicus tuus est, scil. ut ipse ab adversariis accusatus et periculis circumventus sis, respondeo te tamen illo potiolem esse; ergo et te et illum defendere debes.

59 *oppono* si Buechelero auctore scribes, sane nil miri aut rari in commutationis figura relinquitur, cum quod in nostro textu est *me pro te* non possit nisi iocandi quadam audacia et argutia vel explicari vel excusari. alterum, quamvis paulo diversum commutationis illius exemplum habes in Amphitruone v. 598: 'neque . . credebam primo mihimet Sosiae, Dónec Sosia *egomet ille* fecit sibi uti crederem.'

60 Negat pater quidam (vel mater) se in domum ut nurum recepturum esse puellam, quam ab alio iam vitiatam esse comperit: respondet filius, tamen cum infelici quodam casu oppressa, vi coacta (ut fit in fabulis) fuerit, auctor flagitii ignotus effugerit, ipse autem postquam diutina consuetudine et morum integritate adductus amare eam consueverit eique coniugium promiserit, animum inducere se non potuisse, ut cum gravidam esse sero cognovisset, solam relinqueret (neque hic necesse erat traditum *relinqui non potuit* mutare). at iratus pater rursus ingessisse videtur *non perperiar* (scil. eam in domum meam venire): *non istam* vel *non ego istam perferam*. nam sic, ni fallor, satis commode locus restituitur. similis igitur causa eius quae in hecyrá agitur, sed contrariae filii et patris rationes. Uni omnia Buechelerus adolescenti tribuit, qui cum servo loquatur: in verbis autem ab eo propositis typhetae culpa *reici* pro hoc quod ille volebat *reici* expressum est.

85 sq. Non repudio septenarium quem fecit nescio quis: *tantum gratiae te demere, adicis quantum morae*.

Contra v. 87 qui *inpetrare quod nevis* commendavit, suum sibi teneat hiatum, quo mihi vel *quod inpetrare* correpta in syllaba tolerabilius videtur: in exitum versus nunc *non velis* quod olim conieci reciperem.

89 Mutilum ab initio talem facit A. Luchs stud. I 70: *sát celeriter fit, quidquid fit sátis bene*.

92 Cf. idem p. 73.

Palliatae fabulae reliquiis adiuncta incertorum poetarum frustra ita olim ordinaveram, ut praemissis quae diserto testimonio vel adeo Graecorum nominum locorum morum indicio

palliatæ generi vindicantur (I—XV, quibus accedunt XVI. XXIV. XXVI? XLII. LXIV. LXXI. LXXIX), adderem quidquid præterea comicum colorem præ se ferre videretur neque manifesto vel ad togatas vel ad Atellanas vel ad mimos pertineret, quamquam decernere nihil de origine horum locorum volueram. Quorum in ordine constituendo sententiarum et notionum quandam similitudinem plerumque secutus eram. consultius quidem fuerat, si vel testium singulorum iuxta posuissem exempla vel ipsorum testimoniorum genera subtilius distinxissem. sed nunc partim expulsis quibusdam fragmentis partim novis additis totum contextum solvere si instituissem, et index verborum hac in parte plane de integro retexendus fuisset, nec ad veteris sylloges numeros ullo modo quadraret hæc altera. ergo servavi quantum quidem fieri poterat antiquum ordinem. Aliter, si integra res esset, uno conspectu complexus essem e. c. versus a Charisio laudatos (qui nunc sunt fr. III. XXXIV. XXXVII—XLIII. LVII—LIX. LXXVII), præterea si quæ in sermonem nullo indicio facto videntur inserta esse poetarum verba, maxime in Ciceronis epistulis (quo pertinent fr. XX apud Frontonem, XIX. XXI. XLVI. LIII in Ciceronis ad Atticum, XXXVI præter XXVIII—XXX in eiusdem ad familiares epistulis, et LIV in oratione Caeliana); tum Senecæ ceterorumque ex ordine testimonia.

Ceterum frustra in sylloge nostra et *γνώτὸς κοῦκ ἄγνωτος* iste et Bootius quaerent quem alter suo acumine, alter a Perlkampō monitus in Ciceronis ad Atticum epistulis XIII 52, 2 indagasse sibi visi sunt senarium ab illo sic restitutum *amabo te* (vel *tete*), *eodem ad me cum revertere*, ubi hiatus *ted* scribendo paulo melius vitari poterat: ridicule Batavi *ehodum ad me* voluerunt. sed neuter animadvertit futurum esse *revertere* in simplicissimo popularis confabulationis dicto, quo Cicero usus est scribens 'hospes tamen non is cui diceres *amabo te, eodem ad me, cum revertere*. semel satis est.' atqui hæc ultima quoque poetæ esse videntur Bootio! qui vereor ne in altero quoque epistularum corpore similia plurima comicis vindicaturus sit, velut quod Trebatio Cicero (ad fam.

VII 16) scripsit: 'cui tamen dixi, cum me aliquotiens invitaret, *oro te, quis tu es?*' em septenarii initium. Nam in eiusdem epistulae initio cum haec antecedant: 'in equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt; tu tamen, mi vetule, non sero. primum illas *rabiosulas sat fatuas* dedisti; deinde quod in Britannia non nimis *φιλοθέωρον* te praebuisti, plane non reprehendo' etiam CFWMuellerus Kaysero persuasit verba *rabiosulas sat fatuas* poetam nescio quem suppeditavisse, quamquam poeseos nec volam nec vestigium ostendunt. Nec magis adsentior Schneidewino, qui in his (ad fam. VII 9, 3) 'Cn. Octavius est an Cn. Cornelius quidam, tuus *familiaris, summo genere natus, terrae filius*' quae litteris cursivis distingui curavi, septenarium comicum agnovit (Philol. III 132), quem adsumpto *tuus* pronomine etiam in octonarium extendere poterat.

Expuli adeo quaedam Ciceroniana, quae cupidius in proecdosin receperam. Tunstallo enim credideram, cum frustum hoc *da te in sermonem et perseca Et confice excitâ compelle loquere*, parum illud quidem numerosum, ex ep. ad Atticum XIII 23, 3 expiscarer (olim inc. inc. XXXIV), qui locus sic restituendus est: '*quare da te in sermonem et persta et confice et ita cum Polla loquere, ut te cum illo Scaeva loqui putes*', in quibus *et ita cum Polla* ex vetere codice Lambini Bootius et Kayserus recte ediderunt; *persta* mea coniectura scripsi ad horum '*urge insta perfee*' (XIII 32, 1) similitudinem; atque idem *perstant* in Luciliano versu p. 129 excerpto scripsi (nam *restant* scriptum extat), quamquam non intercedo si cui hic *instant* probabilius videbitur. Scaeva non dubitandum quin idem sit, cuius XIV 10, 2 mentio fit.

Item CFWMuellero (prosod. Pl. 452) concedo non me debuisse Vatinii in epist. ad fam. V 10, 2 verba '*omnia mehercule cupio quae tu mi imperas*' pro senario vendere (olim inc. inc. XXII). Nec illa quae de oratore III 40, 162 leguntur '*Syrtim patrimonii scopulum libentius dixerim, Charybdim bonorum voraginem potius*' sat certum est ad comœdiam, quo olim aliis frustis scaenicis in eodem capite commemoratis adductus rettuli (olim inc. inc. XXXVII), spectare,

quamquam Aristophanis eq. 248 *φάραγγα καὶ χάρουβδιν ἀρπαγῆς* exemplo haud dissimili demonstratur potuisse illa a Latino quoque poeta optime usurpari: sed vituperat Cicero oratoris potissimum audaciam, oratori igitur non minus tribuenda sunt quam quae statim secuntur ‘morte Africani castratam esse rempublicam’ et ‘stercus curiae.’ Usitatissima in comoedia formula usus est Cicero cum ad Atticum XV 4, 3 ‘*quem di mortuum perdunt*’ scripsit, nisi quod *mortuum* acerbe ipse addidit: inter reliquias tamen comoediae (olim inc. inc. XLIII) ne haec quidem inserenda erant.

Nec minus temeraria suspicio, qua unicus numerorum mentor Iubae dicerium a Quintiliano VI 3, 89 sic narratum ‘qui querenti quod ab equo suo esset adpersus *quid? tu, inquit, me hippocentaurum putas?*’ quia scilicet aliquot pedes iambicos implet, comicae scaenae vindicari voluit. At vero paeniteret sane, id quod idem bis adeo non sine suetis condimentis arguit, neglectum a me genuinum senarium *vinum preccur: nam hic deus praesens adest*, quem Diomedes p. 458 K., Donatus p. 400 K., Pompeius p. 307 K. laudaverunt, nisi fugisset infallibilem ceteroqui hominem Servii ad Verg. Aen. I 724 testimonium, quo Plautus auctor perhibetur. Nec magis Ottoni Seyfferto credo, qui in Philol. XXIX 409 ex Ammiano Marcellino XV 13 (‘*abiecte ignavus et, ut ait comicus, arte despecta furorum rapiens propalam*’) novum produxit senarium *arté despecta furum rapiens propalam* probavitque CFW Muellero (add. ad pros. 4). at enim Ammiano videtur, id quod iam Valerius statuit, ex Plauti Epidico locus menti obversatus fuisse, ubi inter servos duos hic sermo habetur (I 1, 10): *minus iam furtificis sum quam ante hac. ¶ quid ita? ¶ rapio propalam*. Atque eidem relinquendum esse censui frustum quod apud Festum Pauli p. 28 M. legitur ‘*anginam vinariam habere* dicuntur qui vino suffocantur.’ nam et haec et vicina ex Plauto excerpta esse olim demonstravit Bergkiius in censura Festi ab Od. Muellero editi inserta in ephem. litt. Halensibus a. 1842, cuius ignarus fuit qui in Ritscheliana ad Trinummi ed. 2 praefatione p. LXVII de vocabulo *angina* disseruit.

Et quoniam in eo sum, ut infirma coniectura ad comoediam relata fragmenta perlustrem, ne illa quidem praeterenda sunt, quae cum in scholiis Veronensibus ad Verg. Aen. IV 146 teste Herrmanno sic corrupta extent 'Asper: pictos, stigmatos, ut pictos Gelonos. in *Protesilaodamia fac papyrin haec terga habeant stigmata*' (cf. trag. rel. p. 116), Carolo Dilthey in libro de Callimachi Cydippa scripto p. 59 ex comoedia aliqua *Protesilaodamia* hausta esse visa sunt. sed tale aut nomen aut argumentum cum in nullo Romanarum fabularum genere reperiatur, multo probabilius *Laevii* carmen a scholiasta laudari statuemus. cuius fr. 23 M. ('num quaequam alia de Ilio' c. q. s.) ad illorum 'haec terga h. st.' numeros fere quadrat, nam quae antecedunt emendanda sagaciori relinquo. quamquam a tanta metrorum varietate, quanta *Laevii* poematia fuerunt insignia, ne senarium quidem alienum fuisse putaverim talem fere

age sic purpurea istaec terga habeant stigmata.

nec nego his in aliqua comoedia (modo ne *Protesilaodamia* fuerit) posse locum fuisse. *Laevii* nomen post *Gelonos* inseri nescio quem in mus. Rhen. XXIV 634 iussisse sero video.

Addo denique Sauppium nuper in ind. philologico Leutschii a. 1871 p. 184 ex Apulei metam. II 23 'ineptias, inquam, mihi narras et nugas meras' senarium effecisse *ineptias mihi narras et nugas meras*, quem scriptor ille nescio an invitus effuderit.

Senecam in epistulis certe e *mimis* potissimum, qui eius aetate regnabant in scaena, prudenter dicta excerpisse cum eo probatur, quod laudatae ab eo aliquot in codicibus, qui *Publili* Syri sententias continent, reperiuntur (2. 234. 236. 250. 286: cf. fr. LXV. LXVII. LXIX. LXXIII), tum ipse significat, ubi *sordidissimum plaudere* ad illos versus narrat (ad fr. LXVII). ergo sat probabile saltem fr. LXVI et LXVIII uno quasi spiritu inter hos commemorata ad idem genus pertinere. ubi tamen *comicum poetam* (LXIV) vel *comicum* (LXXI) appellat, inprimis de palliata fabula cogitandum erit.

Contra *Cicero* quamquam in epistulis non abhorruit a mimi commemoratione, tamen in scripto philosophico nec

Laberium nec Publilium *sapientis poetae* laude extulisset, quae cum prae aliis Ennium suum impertiat, ne Naevii quidem aut Caecili sapienter dicta aspernatus est. itaque alienum a mimo habeo fr. LXII: respici autem a Cicerone simile Plauti Trin. 363 dictum 'nám sapiens quidem pol' ipse fingit fortunam sibi' rectissime negavit Ritschelius.

Suum sibi praeterea locum postulant *proverbia et dicta popularia*, quae possunt vel ab ipsa scaena in vulgi memoriam atque os abiisse vel vice versa e populi sermone a scaenicis poetis adsumpta et in numeros redacta (ut Plautinum illud in cives innoenes Trin. 350 sqq.) vel e certorum auctorum, poetarum quoque scriptis a recentioribus repetita vel adeo carminibus a nescio quo apte conclusa, numquam tamen ab ullo poeta adhibita fuisse. si quae autem poetas auctores habent, sunt praeter scaenicos alii eisdem numeris usi, velut Lucilius. Iam ut *Livii Andronici vetus dictum* (v. 8) Terentius non nominato auctore militi suo tribuit, ita *verbum vetus* a Plauto laudatum inter comoediae frustra (inc. inc. fab. LXXX) rettulimus. Etiam Graecum exemplum adhuc extat eius senarii, quem cum olim inter Syri sententias ediderim, Woelfflinus ad spurias reiecerit, nunc ego in appendice sententiarum v. 178 posui: *amici mores noveris, non oderis*. translatus autem est barbarus versiculus, si Nauckium sequimur, e corrupto Graeco; quamquam, si tam ineptus esset, ut illi videtur, mirum esset quod tamen apud vulgus in proverbium abiit. ut mihi Schenkeli (Philol. XXI 545) coniectura magis placeat, qua e Latinis Graeca facta, ab aliis autem postea variata fuisse statuitur. diciturque apud Frontonem ἡ τῶν Ῥωμαίων παροιμία. itaque in palliata quidem, ut quae e Graecis pendeat auctoribus, versiculo illi locum concedere ausus non sum, quem etiam nunc sentio Publilianum potissimum colorem prae se ferre. Item et Graecam et Latinam formam popularis dicti illius tenemus, quod Arnobius adv. nationes V. 21 his verbis memoravit: 'auctorem aliquis desiderabit rei. tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens: *taurus draconem genuit et taurum draco;*' Iulius Firmicus

autem de err. prof. rel. p. 426 Gr. tale: ταῦρος δράκοντος καὶ δράκων ταύρου πατήρ. Eisdem cantilenis popularibus reliqui etiam senarium, quem 'Verrii Flacci libro primo rerum memoria dignarum' usus Gellius IV 5 laudavit *malūm consilium cōsultori pēssimum est*: expressus ille, ut Verrius Flacco visum, ex Graeco Hesiodi est OD. 266 ἡ δὲ κακὴ βουλή τῷ βουλευσάντι κακίστη, cantatusque a pueris urbe tota, quod in Etruscos aruspices male consulentis de fulgure piaculis luendo animadversum fuerat. de quo supplicio cum in annalium maximorum libro XI traditum fuerit (cf. Peteri prolegg. p. XIII. XXIII), quo tamen anno factum sit nescimus. et tamquam populi, non poetae scaenici dictum Varro quoque de re r. III 2, 1 eundem versiculum commemorat ('quod dicitur: malum' e. q. s.). Sed adhibiti etiam in scaena carminis publici exemplum Plautus praebet in Casina III 1, 10 'séd facito dum memoria per volgus quod cantant colas: *cím cibo suo quique facito veniant quasi cant Sutrium*', ortum autem proverbium esse Gallico tumultu Festus p. 310 M. narrat.

Ambiguum est iudicium, sed tamen ut populum potius quam poetam audire mihi videar, de *dicto*, quo Varro utitur inc. inc. fab. LXIII.

At non facile in dubium vocari poterit *versus antiquus* a Festo laudatus (inc. inc. fab. L), cuius ne absoluta quidem est sententia; etiam *vetus* illud, quo Cicero utitur (inc. inc. fab. LXXV), comoediae visum est convenire. Porro *verbum publicum* quod dicit Seneca (inc. inc. fab. LXXII) in sermone aliquo prolatum fuisse *postea* voce proditur. Numeris a poeta aptatum esse *vetus* illud *proverbium* apud Ciceronem et Ammianum (inc. inc. fab. XLIX) brevior apud Quintilianum forma probabile reddit, atque ad idem genus pertinet senarius Augusto familiaris (inc. inc. fab. LXXIV). Dissolvit numeros Cicero *pervolgatissimi* illius *versus* XXII, et *veteris laudatque*, ut ait in Catone 10, 32, *proverbii*, 'quod monet mature fieri senem, si diu velis senex esse', in quibus latet senarius huiusmodi: *senéx mature fías, ut manéás díu* (nam parum elegantes trochaeos Fabricius inter 'sententias mimis

Publii similes' v. 462 rettulit). Nec difficiliter in numeros concluditur quod apud Petronium c. 42 aliquis usurpat dictum: *mulier quae mulier [omnes] milvinum genus.*

Ex commentario aliquo, Plautino fortasse, hausta videntur *proverbia* apud Festum (inc. inc. fab. XXXI. LI). Contra eo quod *vulgo receptum* 'ubi amici, ibi opes' in Truculento legitur, non probatur iuxta adpositum a Quintiliano V 11, 41 '*conscientia mille testes*' item in comoedia locum habuisse: temere igitur olim inter eius reliquias inserueram. Nec magis agnosco scaenicum, quem fuit qui odoraret, spiritum in *vetere adagio* illo, quod Gellius praef. 19 commemoravit, *nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui*, quod certe in Varronis saturas non minore iure inseri poterat. Addo alia non minus futtili coniectura ab eodem comoediae oblata: senarium *non continetur intra pelliculam suam* e Porphyronis ad Hor. serm. I 6, 22 verbis protractum, *versum veterem*, quem in *carminibus* esse Varro in vita populi Romani narravit teste Nonio p. 21, 9: *sibi pastores ludos faciunt coriis Consualia* (quae e rusticana nescio qua cantilena videntur sumpta esse); denique '*tritum populi sermone proverbium*' quod Hieronymus epist. I 340 M. servavit *accessit huic patellae dignum operculum*, translatum scilicet e Graeco *εὔρεν ἡ λοπάς τὸ πῶμα*. Cretici qui apud Nonium p. 287, 8 in loco lacunoso quasi Lucilii leguntur *dividunt differant dissipant distrahant* ad quod carminum genus referendi sint plane incertum.

Popularibus dictis commode adiunguntur qui in *parietibus Pompeianis* inscribillati leguntur versiculi partim sententias communes, partim petulantiam et lasciviam exprimentes. ex quibus elegi et appendicis instar adiunxi p. 130 qui scaenicam hilaritatem spirare viderentur. nolui, ut consentaneum erat, in hunc ordinem admittere qualia extant apud Zangemeisterum n. 1597. 1882. 1884. 1899.

Nec persuasit mihi Fröhnerus (Philol. XXII 331 sqq.) calculum illum inter viatorem et coponem, qui in ectypo Isernino (Mommseni IRN n. 5078) insculptus est, septenariis trochaicis compositum et ex comoedia nobili repetitum esse.

extrema quidem verba *iste mulus me ad factum dabit* (h. e. ad mortem dabit interprete Buechelero mus. Rhen. XXVII 132) ex vulgi ore videtur viator mutuatus esse.

Omitto ficticium titulum Or. 4813 (cf. Buechelerus mus. Rhen. XXVII 140): *uixi dum uixi bene. Iam mea peracta, mox uestra agetur fabula. ualete et plaudite.* unde praeter exitus senariorum duos facile est integrum versiculum hunc fere efficere:
mea iam peracta uestra agetur fabula.

Etiam ex *saturis* tam Lucilii quam Varronis laudantur quae comici sermonis speciem vel reddant ingenuam vel imitentur. haec in unum collegi, non qui sponderem sumpta omnia ex certa certi poetae comoedia esse, sed ut quid huius generis lateret in reliquiis istis facile posset perlustrari et in usum adhiberi. Imitatur prologum Varro quattuor illis senariis *vosque in theatro* e. q. s. (vide p. 128). Olim inter ipsas comoediae reliquias recepi fr. LXXXIX, cui addi potest LXXXI. Ex *Lucilianis* huius generis, quae nuperrime Franckenus Coni. crit. ad Lucilii decadem II et III p. 8 sq. data opera pertractavit, praeter ea, quae supra vel recepi vel tetigi (vide quae ad Caecilii Hymnida monui), tria frustra satis habui p. 129 notare: *caede ostium, Gnatho* e. q. s., *Gnatho, quid actum est?* e. q. s. et inc. inc. fab. LXXXII. At vanissima ariolatione doctus vir supra laudatus Coni. crit. a. 1871 p. 33 coniecit composita quaedam ut *cibicida* (XXVII 42), *moechocinaedus* (XXX 19), quod dactylico versui, non iam bicis aut trochaicis aptum est, comoediae deberi.

Frustis comoediae denique adnumeranda sunt integrarum Plauti maxime fabularum interpolamenta, si numerorum et sermonis probitate antiquitatem profitentur, velut qui in Plauti Trinummo post v. 367 insertus est versiculus *sapientia aetas condimentum, sapiens aetatis cibum* et ceteri, de quibus in opusc. II 274 sqq. disputavit Ritschellius (cf. Fleckeisenus annall. philoll. 1870 p. 851). Suas ipse fabulas versibus aliunde sumptis exornasse videtur ille *Quintipor Clodius*, quem in epistula ad Fufium Varro carpsit. Tetigi olim in praefatione ad com. p. XI locum (apud Nonium p. 117, 4. 425, 18), ubi *Antiphoni* eius eadem, quae Getae in Phormione

Terentii V 6, 1 sunt, tribuuntur: cf. praeterea Vahleni Coni. in Varr. p. 131 sqq. et quae Buechelerus mus. Rhen. XIV 447 disseruit.

Hic *glossarum* brevem conspectum dabo eisdem ad singula glossaria designanda siglis usus, quibus in prioris voluminis corollario p. LXXI sqq. usus sum. pertinent enim ad comicos nostros poetas primum ex certo quodam grammatici fonte petita haec:

adnictare, adridere inuitare *P* = Naevius apud Pauli Festum

approbus *προσδόκιμος* *L* = Caecilius apud Gellium

arseuerse prouerbium *P* = Afranius apud Pauli Festum

biber *τὸ πίνειν* *L* = Titinius apud Charisium

bilbit *βομβύξει* *L* = Naevius apud Pauli Festum

(carensis pistoribus e. q. s. *P*: cf. Titinius apud Pauli Festum)

casinar *B*^{2c} *HPSV* = Atell. inc. VII apud Varronem

cassabundum *HPV* = Naevius apud Varronem

claudio *χωλεύω* *L* = Caecilius apud Priscianum

complecto *συμπλέκω* *L*: cf. Pomponius apud Priscianum

concordis *ὁμόνους* *L* = Caecilius apud Priscianum

dapalis cena *λιπαρίς* *L* = Titinius apud Nonium

degulo *καταλαιμόω* *L* = Afranius apud Nonium

depudico *διαφθείρω* *L* = Laberius apud Gellium

elucifico *ζοφώω* *L* = Laberius apud Nonium

elutrio *διαχέω* *L* = Laberius apud Gellium

falla fallacia *P* = Novius apud Nonium

flagriones *μαστιγίαι* *L* = Afranius apud Nonium

floces uini *στέμφυλα* *L* = Caecilius apud Gellium

gallulo *ἡβάω* *L* = Novius apud Nonium

glocidatus *ἡδύς* *L* = Naevius apud Varronem

gurdus, ineptus inutilis *V* = Laberius apud Gellium

inori inores Pauli Festus; inora *ἄστομα* *L*: cf. Turpilus 23

iubilo *ἀγαλλιάομαι* *L*: cf. Aprissius p. 273 apud Varronem
d*

- manduco ἀδηφάγος *L* = Pomponius apud Nonium
 mollicina (molucium?) μαλακὸν ἱμάτιον *L*: cf. Novius
 apud Nonium
 molocrum quem Graeci μύλικρον dicunt *P* = Afranius
 apud Festum
 moragis, nucibus longis *P* = Titinius apud Pauli Festum
 obstru[du]lenta, appetenda *P*: cf. Titinius apud Festum
 oquinisco ἐπινεύω *L* = Pomponius apud Nonium
 senecio γεροντάριον *L* = Afranius apud Priscianum
 spatarro ἐπὶ ἐξουθενισμοῦ *L* = Afranius apud Charisium
 taxillus ἀστραγαλίσκος, πεσσός *L* = Pomponius apud
 Priscianum
 tentipellium φάρμακον πρὸς ῥντίδας *L* = Titinius et
 Afranius apud Festum
 tolutiloquentia τὸ ἐπίτροχον *L* = Novius apud Nonium
 uacerra παραπλήξ *L* = Livius apud Festum
Plautinae uel omnino *scaenicae* aut antiquioris sermonis pro-
 priae glossae praeterea hae sunt:
 ancillor κολακεύω *L* = Titinius, Accius apud Nonium
 appluda κηρόβιον *L* apluda furfurina, alii panicī *P* =
 Naevius apud Pauli Festum, Plautus apud Gellium
 auritus ἀτώεις *L* = Afranius apud Macrobiū, Plautus
 bardus ἀναίσθητος βραδύς ἄφρων ἀφνής βλάξ *L* bardum,
 hebetem stolidum †bretendum (blennum *Buechelerus*: an
 brutum?) *P* = Caecilius, Plautus apud Festum
 bellaria τραγήματα *L* = com. apud Gellium
 callet οἶδεν *L* = Pomponius apud Nonium, Plautus Te-
 rentius
 capulus, um φέρετρον *L* = Plautus Lucilius Novius apud
 Nonium
 caries εὐρώς *L* = Turpilius Afranius Lucilius apud Nonium
 clanculum λαθραίως *L* = Atta Afranius Plautus Terentius
 clandestino λάθρα *L* = Plautus Pomponius Lucilius
 apud Nonium
 clareo εὐδοκιμέω *L* = Turpilius apud Nonium, Ennius
 colostrum τροφαλὶς *L* = Plautus apud Nonium, Labe-
 rius Lucilius

- comisatum ἐπὶ κῶμον *L* = Afranius Terentius
conquinisco ὑποκίπτω *L* = Pomponius apud Priscianum, Plautus
conuiuo συννεωχοῦμαι, συνεστιῶμαι *L* = Pomponius apud Nonium, Titinius Ennius
deamo στέργω *L* = Afranius apud Nonium, Laberius Plautus Terentius
diluculo λυκόφως *L* = Afranius apud Charisium, Plautus
diuidia διχόνοια *L* = Naevius apud Varronem, Plautus Turpilius Accius
diuito πλουτίζω *L* = Turpilius apud Nonium, Accius
elimino ἐκφέρω *L* = Pomponius apud Nonium, Ennius Pacuuius Accius Varro
efflictim, deplorando dicere (?) *P* = Naevius apud Charisium, Plautus
firmiter βεβαίως *L* = Afranius apud Nonium, Lucilius Laberius
flacceo χαλάω *L* = Afranius apud Nonium, Ennius Accius Lucilius
gerra οὐδαμινός. gerrae πλεκτά τινα *L* = Caecilius apud Nonium, Plautus
glisto ἀυξάνομαι προβαίνω ἐπιτείνομαι *L* = Turpilius Plautus Pacuuius Accius apud Nonium
humanitus ἀνθρωπόθεν *L* = Turpilius Afranius apud Nonium, Terentius
infelicare, infelicem facere, infigere *P* = Caecilius apud Nonium, Plautus
in mundo, expedite, uel ad manum *P* = Caecilius apud Charisium, Plautus
itiner εὐθεία, ὁδός *L* = Turpilius Plautus Accius apud Nonium
lacte γάλα *L* = Caecilius apud Nonium, Ennius Plautus
largiter δαψιλῶς *L* = Laberius apud Charisium, Plautus
largitas δαψίλεια *L* = Caecilius Turpilius Terentius
lurco λαφύσσω *L* = Pomponius Lucilius apud Nonium
lupari πορνεύειν *L* = Atta Lucilius apud Nonium
mercimonium συνάλλαγμα *L* = Turpilius apud Nonium, Plautus

- merenda ἄριστον δειλινόν *L* = Afranius apud Nonium, Plautus
- muginor γογγύζω *L* = Atta apud Nonium, Lucilius
- nictor σκαρδαμύττομαι *L* = Caecilius, Novius apud Festum, Plautus
- pergraeor ἑλληνίζω *L* = Titinius apud Pauli Festum, Plautus
- petumen κτήνους ἔλκος *L* = Naevius apud Festum, Lucilius
- rarenter σπανιάκις *L* = Caecilius Pomponius Novius apud Nonium, Liuius tr. Ennius
- rauis κόρυζα, φωνῆς ἀποκοπή *L* = Caecilius apud Festum, Plautus
- repuerasco ἀνανηπιούμαι *L* = Novius apud Nonium, Plautus
- solox λερόν. καὶ παχύς *L* = Titinius apud Festum, Lucilius
- sucerdā χοιρεία κόπρος *L* = Titinius apud Festum, Lucilius
- suffrago συλλαμβάνομαι βοηθῶ *L* = Pomponius, Sisenna apud Nonium
- taxim ἡσύχως *L* = Pomponius apud Nonium, Lucilius Varro
- tenebriones ἀπατεῶνες, ἐπίτριπτοι *L* = Afranius, Varro
- tolutim ἐπίτροχα *L* = Pomponius Novius apud Nonium, Plautus Lucilius Varro
- tubercinor λαφύσσω *L* = Turpilius Titinius apud Nonium, Plautus
- ualentia δύναμις, ῥώμη e. q. s. *L* = Titinius apud Nonium, Naevius tr.
- uirosa mulier *V* = Afranius apud Nonium, Lucilius
- Incerto auctore collectae primum quae in solis comicorum reliquiis leguntur paucae sunt:
- appella λειπόδεμος *L* = Naevii fabula
- catacarisia *P* = mim. inc.
- latiloquens πλατυλόγος *L* = Laberii mimus
- riuinus ἀντίζηλος *L* = Mummii Atell.
- urbanatim ἀστείως *L* = Pomponius

Plures quae alibi quoque reperiuntur:

articulatum *ἐνάστρωσ* *L* = Aquilius, Plautus
 beo *μακαρίζω* *L* = Titinius Plautus Terentius
 buccones, *παράσιτοι, βονικίωνες* *L* = Pomponius, Plautus
 capitulum *κεφάλαιον* *L* = Caecilius, Plautus
 cassus *κενός μάταιος* *L* = Afranius, Plautus
 cursim *τροχαλῶς, δρομαίως* *L* = Afranius, Plautus
 dilapido *διαφορέω* *L* = com. inc., Terentius
 extorris *ἐξόριστος ἐξώλης ἄπολις* *L* = Turpilius Titinius,

Accius

ganeo *λίχνος* e. q. s. *L* = Naevius, Terentius Varro
 gannit *σκούζει* } *L* = Afranius, Plautus Terentius
 ganit *λαγνεύει* }
 ingurgito *ἐμφορέομαι* *L* = Naevius, Plautus
 inhio *ἐγχαίνω* *L* = Caecilius, Plautus
 ludibunda, adolescens *P* = com. inc., Plautus
 maeror *λύπη* e. q. s. *L* = Caecilius, Ennius Pacuvius Accius
 morigera *καταθύμιος* *L* cf. *V* = Naevius Afranius, Plautus
 oripare *πολυτελῶς* *L* cf. *P* = Caecilius (in Mai thes.), Plautus
 plusculus *παραπολύς* *L* = Turpilius, Plautus Terentius
 restio *σχοινοστρόφος* *L* = Laberii fabula, Plautus
 ringitur *πικραίνεται ὀργίζεται* *L* = Pomponius, Accius
 Terentius

riualis *ἀντεραστής* *L* = Naevius, Plautus Terentius
 suffragator *ψηφοφόρος* *L* = Novius, Plautus Varro
 trepallus *πρίαπος* *L*: cf. Naevii fabula, Varronis satura,
 Priapea (83, 9)

uirgendemia *ζαβδολογία* *L* = com. inc., Plautus

Restant alia priscis et posterioris aetatis scriptoribus
 communia in eisdem glossariis composita, e. c. *annosa bacil-
 lum ballista bipes blaterare blatta cacabus catella celero clitella
 compilo compingo concelebro dedecoro delenimentum dolo fruni-
 scor fulica hospita lucunculus minutatim petulcus planipes pla-
 nus pudenter reses sarculum tensa tintino uaricosus uelifico uer-
 mino uerpus.*

Quae olim comicorum fragmentis p. 317 sqq. (cf. praef.
 XVII sq.) adiunxi e glossariis, maxime Placidi et Festi, ex-

cerpta quamvis non temere omnino ad hoc litterarum genus me rettulisse praeter Bergkii auctoritatem (qui de Festo disputavit in ephem. litt. Halens. 1842 p. 224) Ritschelii imprimis de Placido inventum fidem faciat, tamen nolui quae data opera nec sine locuplete codicum apparatu pertractanda sunt primoribus quasi digitis praecerpere, immo exhaurienda reliqui Kettneris vel Kleiniis.

TITINIUS. Casu accidit, ut schedula, in qua *Duebneri* quasdam coniecturas in censura Neukirchiani libri (Iahnii annall. philoll. 1834 p. 266 sqq.) prolatas enotaveram, sero in memoriam vel in manus rediret. unde nunc saltem pauca, ne sua invidere viro diligenti videar, excerptam. Agnovit autem ut *Hermannus* numeros v. 6 sq.

8—10 Titinii exemplum excidisse, historici autem aliquis scriptoris, *Sisennae* e. c., *Quicheratius* haec esse statuit: *ita Spurius: animatur in proelium veles; eques recipit se, neque ferit quemquam hostem.* ridicula profecto proelii descriptio; quid autem *Spurius* iste vel fecerit vel dixerit, tacetur.

11 *at ubi Quicheratius*

20 *interea nasum oppugnat anima foetida* pleno senario *Bothius.* ceterum *foetida* exprimi volui.

25 *nequiuisti* *Dan.*

28 *nova quae* codices secundum *Quicheratium.* *non aqua* iam *Cuiacius* et *Passeratius.* olim a me commendata huius versus notatio placuerat *Duebnero* quoque.

30 *quis* *Montisp.* p. 366 *todie* *Par. P et hodie* *Gen. Bern.* (non *Bas.*) p. 366

31 Vt hic *diffringam* et in *Iuventii* v. 7 *diffregero* scripsi, item in *Plauti* milite gl. 156 '*diffregeritis talos*', 722 '*diffregisset crura*', in *Sticho* 191 '*lumbos diffractos velim*', in *Asinaria* v. 474 '*crura hercle diffringentur*' restituendum est; atque hoc ipsum ad *Palatinorum* fidem olim edidit *Pareus.*

33 *Leidensis* codicis scriptura *ut pro ne* fortasse *ni* forma indicatur.

34 sq. *homo* si deleteretur, necessaria ad comparationis integritatem notio periret.

36 in titulo *geminæ* Bern., non Bas.

38 *am bubus* Par. P: *an ambabus?* in *farris trite* Harl. *fra intritæ* Par. P

39 *Nam postquam factus es maritus* Bothio duce Quicheratius. *domum* Par. O

41 *tuam quoque etiam uxorem parciēs* Videó ante CFW Muellerum Duebnerus.

41¹ *facis inique* Quicheratius quoque ceteris ut plerumque male administratis.

47 Sat manifestis librorum indiciis motus non dubitavi quamvis novum verbum *exscrattis* proponere ut idem significans atque exscreas vel translato sensu expellis, ut apud Terentium v. 406 Gnatho ait: 'quasi ubi illam *expueret* miseriam ex animo'. nam cum *scrattæ* Plauto ipsique Titinio (75) dictæ sint ab excreando despiciendæ ac nugatoriae mulieres (Varro de l. l. VII 65 Festus p. 333 M. Gellius III 3 Nonius p. 169, 5), præter *screeare* alterum paulo fortasse fortioris notionis *scrattire* sive *scrattere* verbum fuisse videtur, unde factum sit *scrattus* ad eorum similitudinem, quæ in corollario ad trag. p. XVII composui. neque enim credo *scraptae*, ut in Festi glossa extat, genuinam formam, sed in Titinii v. 75 *scrattæ*, ut indicat codex, scribendum esse. Sed hæc qui nimis incerta esse arbitrabuntur, eis uti licebit Pliniano verbo *cratire* (n. h. XVIII 28, 258 'utilissimum, si malæ herbae, arare, dein *cratire*, serere florem ex fenilibus, atque e præsepibus feno dilapsum spargere priusquam *cratiantur*' e. q. s.), unde *excratis* compositum optime ad nostri loci sententiam quadrat, qua parasitus tamquam mala herba evelli atque exturbari iubetur. cf. in simili notione *evallavero* 77, *evannetur* Pomp. 92, *exficio* Afran. 110, *explodam* 327, *avorruncent* Afran. 64. *Vestrum* Nonius per eundem stuporem pro accusativo singulari habuit, quo in eodem titulo 'maiorum suum' Sisennæ, 'maiorum meum' Plauti posuit.

48 *gnavi* Puteanus, quod in hoc ordine verborum *hominis gnavi officium functu's* vel *functus es* aptum esset.

57 *nos* Quicheratius quoque inseruit.

58 *sin odio forma sum* Guietus. Verba sunt novae uxoris, eius fortasse, quas res suas sibi habere iubens domo expellit maritus fr. XI (cf. XIII): obsequio et patientia superare fastidium viri animum inducit. absurdam autem C FWMuellerus sententiam proposuit, quasi non quae aliis forma displiceat, eisdem tamen placere possit morum suavitate vel displicere forma marito quoque. ceterum *sine* cum coniunctivo in enuntiato concessivo ut 'quamvis' usurpari nullo exemplo demonstratum video. nam diversa sunt Caecilii v. 72 et 73.

59 *pro* om. ms. Fabri *moribus* ms. Fabri *maoribus* suprascr. i Leid. *maioribus* Harl. W Par. P teste Quicheratio.

63 sq. Inter formulae *nunc adeo* exempla, quae Handius Tursell. I 146 collegit, ad amussim huc quadrat Plauti merc. 329 *nunc adeo ibo illuc*. In sequentibus idem, quod Hermanus, Duebnerus quoque proposuerat. V. 64 *set* magis quam et consuetudini horum sermonum convenire monuit Studemundus.

65 *ted]* et Par. O. consentit mecum de versu constituendo A. Luchs stud. I 68.

68 *que* Bern., non Bas.

69 *nobitarent* Par. P: ceterum cf. Plauti Rud. 619 'innocentum qui se scelere fieri nolunt nobiles'.

70 in titulo *proelia* Par. P

74 Moecham argui Postumam minus bene composito stratorum in lecto ordine inaledica et suspicax mulier significat. obiter moneo in Plauti Trinummo v. 130, ubi *quid sectiust* Ritschelius restituit, librorum *BCD* scripturam *secutus est* paulo fortasse etiam accuratius ita interpretandam esse, ut *secitiust* scribatur: cf. de adverbio *secitus* Fleckeisenus mus. Rhen. VIII 226.

77 *Cascam* quam Luebbertus reducere voluit formam *evallaviso* magnopere nuper commendavit Savelsbergius in

Kuhnii ephem. linguis comparandis dicatae vol. XXI (novae ser. I) p. 168: mihi tamen persuasum est aut *evallasso* aut *evallavero* illa aetate dicendum fuisse.

84 Quod Verrii Flacci, ut videtur, auctoritate nisus Nonius testatur *diligit* notione qua dicitur discindit, e textu remove ausus non sum, quamquam neque CFWMuellerus prosod. 490 neque laudatus ab hoc Madvicus (emend. Liv. 155), qui nostri loci ne memor quidem fuit, rem ad liquidum perduxisse videntur. *Leguntur* sane herbae frondes fructus (cf. Pauli Festus p. 115 M.), dum carpuntur vel evelluntur: 'carpendae manibus frondes interque legendae' Verg. ge. II 366; 'satis plerisque visum est . . . herbas et praecipue gramina extirpare, quae nisi manu eliguntur et in summum reiciuntur . . . reviviscunt' Columella de re r. IV 5; 'herbaeque eligendae et dum tenerae sunt vellendae' Varro de re r. I 47; 'steriles herbas eligens' Curtius IV 1, 21. Ad quae proxime accedunt Ciceronis Tusc. disp. III 34, 83 'stirpes aegritudinis . . . ipso trunco everso omnes *eligendae* sunt' et paulo infra 'illae fibrae stirpium . . . persequendae et omnes *eligendae*'; sic enim codices habent, quamquam fuerunt qui *elidendae* corrigerent. videturque ad eandem normam simillimus de divin. II 72, 148 locus exigendus esse 'superstitionis stirpes omnes *eiciendae*', ubi *elidendae* Manutius, *eligendae* Madvicus coniecit. sed vix maiore audacia in Tusculanis disputationibus ad huius exempli similitudinem *eiciendae* corrigas, quod certe fortius et sententiae magis aptum videtur quam nimis lene meo sensu *eligendae*: nam ipsam excindendi evellendique significationem non magis inesse in illis locis demonstratum video, quam ubi Parcae fila, nautae litoris oras, vela, alii spolia fugati hostis, ossa corporis mortui de via, remos in maris gurgite *legere*, vel *sublegere* sermonem dicuntur, in quibus a tractandi vel obeundi notione sensim transitus fit ad tollendum, sed omni violentiae significatione procul habita, immo ut sensim et paulatim fieri cogitetur. Separandi autem ab his illi loci sunt, ubi *nervi* aliquo modo debilitati dicuntur. atque ut Ovidio auctore rem. am. 147 languor et somni, aëa et vinum *eripiunt* omnes animo sine

vulnere nervos', ita poetae, ut Cicero ait Tusc. disp. II 11, 27, 'nervos omnis virtutis *elidunt*'. Etiam *inciduntur* nervi: Cic. Phil. XII 3, 8 'legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus?' de lege agr. II 18, 47 'incidant nervos populi Romani', Acad. post. 10, 35 'nervos virtutis incidere.' Corrupta esse consentiunt plane gemina exempla haec: de lege agr. II 33, 91 'nervis omnibus urbe *eiectis* urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt' et Livii VII 39, 6 'nervos coniurationis *eiectos* arte consulis cernentes'. sic in codicibus scripta varie emendare conati sunt docti homines: *exsectis* illic Nic. Angelius, hic *exsectos* Puteanus (lenius poterant *esectis* et *esectos*); contra *electos* hic Gebhardus et Gronovius scribi iusserunt, quos secutus Madvicus illic quoque *electis* restitui voluit, quam coniecturam maxime firmari censet versibus Lucilii (apud Nonium p. 278, 10 conl. 269, 32 et 301, 10) his:

concedat homini id quod velit, deleniat,
corrumpat prorsus, nervos omnis *eligit*

ubi *deligit* exhibet W, lemma autem Nonii p. 301 est '*eligere*, defatigare'. at tam crudele tormentum, quale extirpando nervo efficitur, comparari credemus cum soluto per mollietiam et languorem animi vigore? de quo tamen cogitandum esset, si eligi nervi eo sensu dictum esset, quo eligi herbas et stirpes dictas esse sibi persuasit Madvicus. nam illa, quae supra commemoravimus, eripere et elidere et (apud Quintilianum I 2, 6) frangere nervos a tanta, ut ita dicam, evidentia imaginis longius absunt, addiditque Ovidius etiam 'sine vulnere', ut doloris sensum omnem removeret. Quibus causis adducor, ut fuisse olim praeter *eliquere* et *eliquare* verba eiusdem stirpis tertium *eliquere* suspicer, ut simplicia tria fuisse constat: *liquere liquare* et deponens *liqui*. hoc autem ipsum Lucretius II 1132 translato sensu usurpavit: 'inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et *in partem peiorem liquitur actas*'; solutam veneno corporis compagem describit Lucaeus IX 772 'femur quoque *musculus omnis Liquitur*'; et correptam antiquitas fuisse priorem syllabam Plautus Trin. 243 docet. hinc igitur sumpta medela apud

Lucilium quoque *cliquat* (in lemmate Nonii quoque fortasse *cliquere*) scribendum esse conicio, sive mavis *elicat*, quod idem est. nostris vero prorsus similia antiqui glossographi a Varro de l. l. VII 106 laudati docuerunt, ubi Atilii *liquitur animus* explicatur (vide p. 33), ut ipsa *delicatus* et *deliciae* vocabula interpretanda esse videantur *deliquiae* et *deliquatus*. Item verbum vetustum quod est *delicare* erit *deliquare*, h. e. liquidum facere, ut nos 'aufklären' vel 'erklären' usurpamus. nam etiam tigna *deliciae* (apud Pauli Festum p. 73) ut a liquendo *deliquiae* Vitruvio VI 3 appellantur. Haec igitur si recte aut probabiliter disputata sunt, *diligit pernam* Titinium aut *elephantum* Plautum, ubi 'discindit' intellegi vellent, scripsisse non credibile videtur. immo apud illum aut *dissicit* corrigendum est, ut ipsi Plauti codices, emendatiores quippe eo quo Verrius usus est, praestant, aut aliter interpretandum *diligit*. quidni enim e. c. voracissimus parasitus diligere solito sensu, h. e. magni aestimare et cupide adpetere integram pernam, minuta autem frustra deprecari per iocum dicatur? quamquam ne *coctam* quidem, quod Iunius pro illo *totam* proposuit, ineptum est. Apparet denique quam perversa et ridicula in Afranii v. 244 scriptura *delecta coma* sit, quam tueri CFWMuellerus conatus est: pronum fuit *deiecta* corrigere, ut Tacitus ann. XIV 30 feminas narrat 'in modum Furiarum veste ferali, *crinibus deiectis* faces' praetulisse.

91 *contemplare* et *arbitrare* Passeratius.

93 *mein* Ed. Becker de syntaxi interrogationum obliquarum in studiis Studemundi I p. 130, ipse quoque senarium pronomine concludens. ceterum cf. Plauti Stich. 334 '*mein fastidis*, propudiose? eloquere propere, Pinacium.' In eiusdem versus initio quod traditum est *dicis tu* fortasse rectius sic interpreteris *dic sis tu*, ut 'dic sodes', 'dic oro' (vel 'obsecro' vel 'amabo te') formulae similes reperiuntur. De pronomine cf. Ed. Beckeri p. 149 adnotationem.

101 *desponsata* ms. Fabri

102 Triplici modo aut *quid istuc est* (ut Ter. haut. 562. 579 Phorm. 343. 990. 995 eun. 237 adelph. 210 hec. 588) aut *quid istuc est* (ut Andr. 572 eun. 388 Phorm. 184. 816)

aut *quid istuc est* (ut adelph. 956 cf. Afran. 212) cum efferri licuerit, hoc praetuli, ut deinde varietur accentus. minus placuit haec ratio: *quid istuc est? aut quid istic sibi vult sermo?*

106 *audaciter* librorum scriptura servata deinde interrogari statuit Duebnerus: '*virgo ulla est tali*' *Setiae?* *tale* Par. Q Praeterea certior factus sum in Leidensi pr. *uergo* legi ut in Caecilii v. 255 *uerginis*.

108 cf. Plauti Cist. II 1, 16 '*neque nos factione tanta quanta tu sumus*'.

109 Puella, ut Charisius docet, modesta nimias amicae laudes leniter deflectit et deprecatur.

111 Molliculum adolescentem mulierum more *pol edepol* iurantem, castigans magister utque virum decet ipse *edi medi* obsecrans interrogare potuit: *an . . . meministi marem te esse?* Idem paedagogus ad eundem fr. VI locutus est.

V. 116 si recte a G. Hermannō emendatus est, vix aliter videtur intellegi posse nisi ut statuatur ioco frigidiusculo sane delicatus et luxuriosus adolescens argui *mullos*, pisces scilicet nobiles alere et in epulis adponere, ut inde *mulleos* sibi comparet calceos, h. e. inter patricos numeretur. nam a rubro colore mulleorum calciamentorum Fenestella mullis etiam nomen datum esse quamvis perverse putabat (Plinius n. h. IX 66).

124 *inmittier* Par. P *in eum nitier* Duebnerus

125 *quasi cum] quam* Harl.

127 *titinnius* Harl. Par. P p. 19 (item ad v. 95 et 147). *sedina* Par. P p. 503 *seti* Leid. p. 249 sec. Quicheratium, W secundum Basileenses.

128 *quocus* Par. P p. 503 *et num* Harl. p. 249 *fuertit* Par. P ibidem *trya* Par. P p. 87

130 Poenuli exemplo, quod Ritschelius laudat, addendus est Stichi v. 62 '*iam quidem in suo quique loco nisi erit mihi sita supellētilis*, Quom ego revortar, vos monumentis comonefaciam bubulis.' nam *quique* servaverunt codices *CD*, *quicque* in *AB* invasit, in omnes autem *situm*, ut *supellectilis*

ex nominativo genetivus factus sit. in eandem atque ego coniecturam etiam CFWMuellerus prosod. 347 incidit.

131 sq. Creticis quos nuper extitit qui metiretur *lássitudó conservóm, redíviaé flagri* longe praefero Buecheleri senarium.

134 [Mutilam ab initio sententiam, quam statui, possis supplere praemisso superioris versus exitu *rationem liberum*, si pater familias loquatur, si filius, hoc fere: *parentum rationem meum*

144 *adquei* sine ulla causa nuper propositum.

146 *foris* Bern., non Bas.

147 sq. *iurgia ex meis aedibus* Passeratius

149 Nec ad laudes tantas nec ad *perhibendi* verbum, si quidem recte inventum est, primae personae pronomen *me* satis quadrat: immo vel paedagogus vel pater adolescentis, quem optime educatum esse putaverat, levitate ac nequitia stupefactus loquitur. *consili plenum probi* Duebnerus, non male.

150 *habui recte me* quid sit intellegitur similibus Terentii eun. 634 'redeo rursum *male* vero *me habens*' (cf. hec. 606 'haec res non minus me male habet quam te' Andr. 436. 940) et adelph. 45 'semper *parce ac duriter Se habere*'. Nil egit qui nuper tria inter duos versus variis modis dispescere verba studuit.

153 *immolabit* Scioppius

157 *écastór* cum ictu in prima syllaba ut in Plauti Amph. 537 Asin. 188 Truc. II 2, 60. spondeum in quarto pede ante caesuram exemplis ipse firmavit CFWMuellerus prosod. 612 sqq.

In glossis, quas ad v. 166 memoravi, 'opus *pistorium*' et 'opere *pistorio*' corrigendum est.

173 sq. Non improbabili, quamquam non necessaria coniectura nuper sic reficta sunt:

tentipéllium

indúce, ut rugae in óre *extendantúr tuo*.

Fr. inc. XVIII^b. Placidi glossa *carensis* (fort. *carensibus*) vide an Caesaris de bello civ. III 48 verbis inlustretur, ubi

milites Dyrrachium obsidentes ex genere radicis in vallibus invento, quod appellabatur *chara*, similitudinem panis effecisse narrantur.

ATTAE quae nunc coniectura, ut consentaneum est, incerta ascripsi v. 11¹ nuper non firmiore suspicione inter Suei sui dubia recepit quem nominare non attinet, nisus ille quidem Cauchianis excerptis auctoritatis exiguae (v. Keilii ad gramm. Lat. vol. I praef. p. XXV sq.), ubi Charisii locus sic descriptus est: *ut suemus* (supra scr. *succiis*) *ait in nudo* (corr. *Mido*).

13 v. v. *In céram; mucrone ecce a. o.* proposuit Aem. Bæhrens ann. philoll. 1872 p. 364

15 sq. Cloatii verbis a Macrobio laudatis cum prius tantum, Graecam nucem amygdalen vocari, firmetur, necessario Atta testari debebat, *Thasiam* nucem eandem appellari: ergo in versus initio non *nucem Graecam*, sed *Thasiam* commendatam fuisse consentaneum. Ceterum dubito utrum coquum an medicum loqui statuam. nam qui suppurationibus internis laborat, ei 'cum melle quaedam edenda ut nucleos pineos vel graecas nuces vel avellanas' praecepit Celsus med. III 17, 4.

Ad 21 addere poteram *pro* ante *populo* fortasse mero librarii errore ortum esse.

23. In lemmate *Novius Dotata* probabile videtur Quicheratio.

AFRANIVS. Primi versus exitum uni ex amicis in mentem aliquando venerat *tripus* effecisse, ut oraculi Delphici aenigmata et ambages notata fuerint.

3 *numero* Studemundus coniecit, quod tamen ad notionem et usum huius vocis, qualem in corollario ad tragicos p. XV sq. exposui, non sat quadrare videtur.

4 *bona* ante Mercerum Douza expl. Plaut. III 24 *comest* *crasa t* Par. P Deletis *tu* et *hic* senarium effecit Vsenerus mus. Rhen. XXVIII 406

6 *heic* in scriptura *hac* latere nuper observatum est.

14 Initio quamquam sententiam addito *voltus* s. *facies* non inepte redintegravisse mihi videor, tamen ne Bentinus quidem improbabiler tituli corruptelam *augurius* interpretatus est *auguribus*: ita *Matertera* et *Materterae*, *Brundisina* et *Brundisinae* Afranii laudantur; *Decuma* et *Decumae*, *Malivoli* et *Malivulus* Novii; pro *Pancratiaste* Ennii fr. III *Pancratiastis*, pro *Piscatoribus* Pomponii fr. III *Piscatoris* in *W* legitur; idemque Nonius 'Pomponius *Fullonibus*' (fr. I) et '*Fullone*' (fr. II), 'Laberius *late loquentibus*' et „*late loquente*“ habet. Ceterum Buechelero prae aliis quae coniecit (*os vel corrui*) placuit *hiscit ut fallaci* e. q. s. sed neque hiantis parietis aspectus fallax et amoenus est nec omnino cum pariete picto extra, intus putrido apte comparatur nisi quod concretum, ut ita dicam, et corporeum sit.

20 sq. cf. A. Luchs stud. I 69

27 *que* non magis hic dubito quin ab interpolatore pronomini '*quod* additum sit quam in Plauti mil. gl. 508, ubi solus *C* caret interpolamento. nostro autem loco etiam sententia repudiat istud *que*, cum subiunctum sit hoc enuntiatum relativum priori.

29 Falsum est quod contendit Nipperdeius *quemquam*, non *quempiam* scribendum fuisse, quia scilicet nemo cum Terrentio comparari posse dicatur, *quempiam* autem qui poneret, hunc vel illum, certe unum aliquem, qui cum illo conferatur, cogitari posse statueret. satis est Ballionis in Pseudulo verba v. 219 opponere: 'númqui *quoipiámst* tuorum túa opera hodie cónservorum Nítidiusculúm caput?' Habet nimirum nescio quid vel confidentiae vel simulatae saltem urbanitatis sic *quis-pe-iam* compositum (ut recte Pottius etym. II 864 sq. solvisse videtur: cf. Corsenus de pron. l. serm. II² 846) pronomen, ut qui eo in interrogando utitur quasi circumspicere studiose undique alterum iubere videatur: cf. Plauti Persa 735 (Truc. II 4, 78): 'num quippiam aliud me vis?' Pseud. 368 'num peccavi quippiam?' Truc. II 8, 9- 'num quidpiam aurum mores mutat mulierum?' Rud. 948 'vide, num quispiam consequitur prope nos'. Truc. IV 2, 12 'quid? amator

novus quispiam?' Casin. III 5, 38 'an quipiam ad te at-
tinet?' Ter. Andr. 438 'num illi molestae quidpiam haec
sunt nuptiae?' (Naevii com. 44). Itaque et in sententiis com-
munibus locum habet: e. c. Ter. eun. 873 'saepe ex huius-
modi re quapiam Malo principio magna familiaritas Con-
flatast. quid si hoc *quispiam* voluit deus?' (et alias apud
comicos: cf. Cic. de fato 11, 24) et cum dubitandi particulis
forte fortasse forsitan (Cic. pro Sulla 30, 84. Verr. I 21, 56
II 32, 78) aut verbo *posse* (Liv. I 35, 3 III 55, 8 conl. Mad-
vici emend. Liv. 47) coniungitur et in negativis enuntiatis
eadem fere vi ut *quisquam* usurpatur, nisi quod studii quen-
dam colorem infert: e. c. Cic. Verr. I 10, 29 'nego esse
quidquam a testibus dictum, quod aut vestrum *cuiquam* esset
obscurum aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret' (ubi
adloquitur auditores, *cuiquam* praetulit); III 31, 74 'num-
quam . . . Agyrinenses contra quemquam infimum civem
Romanum dixisse aut fecisse *quidpiam*': non addidit, ut supra
ad *quemquam*, in altero quoque membro adiectivum, nam
ipso pronomine satis significavit nihil omnino, quidquid cogi-
tari posset, dictum aut factum esse.

30 Eadem quae anonymus Bernensis habet. etiam in
codice Cusano, quem Kleinius edidit, extant p. 103. In versu
ipso *merust* praefert Studemundus.

55 sq. Superbus aliquis cognatos fastidit, quorum ipsa
nomina vel cognomina morbos prodant: Balbos Paetos Sca-
tones Strabones Varos alios intellegere videtur.

75 sq. Trochaei *paulo prius hinc ábiit* praeplacent Stu-
demundo:

91 cf. Ed. Becker stud. I 274

97 *au obsecro* Terentio familiare fuit: eun. 656 'au óbsecro,
mea Pythias, quod istuc nam monstrum fuit?' Phorm. 803
'au óbsecro, vide ne in cognatam pecces.' cf. 754 hautont.
1015 'au te obsecro, istuc inimicis siet.' eun. 899 'au tace
obsecro.' Semper ceteris quoque locis mulier clamat, et
praecepit Donatus ad Ter. Andr. IV 4, 12 '*au* interiectio
consternatae ('perturbatae' ad eun. V 2, 60) mulieris.' Cf.
Hirth de interiectionum usu Plautino Terentianoque (Ro-

stochii 1869) p. 9 sq. Notissima locutio est 'quid me censes?' cf. Ter. Andr. 853 'quor igitur hic est? ¶ quid illum censes? cum illa litigat.' adelph. 656 'quid aiunt? ¶ quid illas censes? nil enim.'

101 *quae iurgio uiolentiaque terrent desubito uiros Paseratius.*

105 *sub diu* in exitu senarii metrum non tolerare docet Mostellariae v. 765 'sub diu colere te usque perpetuom diem', et laetor nunc Buechelerum quoque reprobare quem olim in Varronis sat. $\xi\chi\omega\ \sigma\epsilon$ fr. I R. senarii finem statuit *sub diu*, pro quibus in recognitione novissima fr. 171 *sub Iove* cum Vahleno anal. Non. 7 scripsit. Ceterum nec *sub divo* (vel quod idem est *diu*) nec *sub Iove* de die tantum valet, quod si verum esset, nec 'sub dio in sole' coniunxisset Columella XII 12 nec Suetonius Caes. 72 Caesarem 'humi ac sub divo' cubuisse narravisset, ubi certe nocturna quies intellegenda, nec Ovidius scripsisset metam. IV 260 'sub Iove nocte dieque Sedit humo nuda' aut fast. IV 505 'sub Iove duravit multis immota diebus Et lunae patiens et pluvialis aquae'. immo *sub diu* fieri quod non fit *sub tecto* praecipit Pauli Festus p. 71 M. probatque exemplis Vitruvius V 9, 5 VII 1, 5. Venator quoque Horatianus (carm. I 1, 25) 'manet sub Iove frigido' pernoctans scilicet, ut nemo non intellexit praeter Bergkium, qui sequentia 'seu visa est catalis cerva fidelibus' e. q. s. cum tali interpretatione conciliari non posse primus contenderit. at non difficile videtur hunc nodum solvere: sub noctem nimirum in cervae et apri vestigia incidit, quae ne amittat, sed oriente statim die persequatur, 'tenerae coniugis immemor' cubat sub divo. quod ipsum olim firmatum est Ciceronis in Tusc. II 17, 40 verbis 'pernoctant venatores in nive', quae autem secuntur in libris 'in montibus uri se patiuntur *inde*', ibi pro ultimo vocabulo corrupto, non *pruina*, ut Bergkium coniecit, sed *sole* vel *calore* sententia flagitat. mira vero ille audacia et inconstantia in Afranii versu inauditum omnibus scriptoribus *subdiu* inferri iussit, quia *sub Iove* alienum a comoedia fuisse videatur. at

e*

ego quidem altiorem poetici sermonis spiritum in Ovidii certe locis sentire nequeo.

111 sq. Recte monet A. Luchs stud. I 69 uno septenario concludenda esse, ut exitus fiat his: *datur mihi custodiendus*. Coniuncta *itaque ádeo* in Terentii hec. 201 sunt: 'itaque ádeo uno animo omnes socrus [omnis suas] oderunt nurus'. Ludere poetam v. 112 in nominibus *Tyria* (maria scil.) et *Tirrium* (*Tillium*) s. *Tyrrium* s. *Thurium* s. *Turium* cum certum videatur, ne ex priore quidem versu 109 eiusdem hominis nomen, qualecumque quidem fuit, expelli licet. *Tirrius* praenomen apud Praenestinos exhibet titulus Praenestinus n. 53 in ephem. epigr. I p. 20. Ceterum inchoatam sententiam sic intellego: 'maria Tyria conciet, ut hunc Tirrium circumducat fraudibus' vel qualecumque verbum supplendum est. Ineptum est quod fuit qui coniceret: *in maria*.

120 *iactabit* Passeratio debetur.

122 Septenarium trochaicum initio mancum . . *tace!* *puella non sum* e. q. s. Studemundus commendat.

137 Non dubitandum quin cum imperio amittatur servus, ubi solet sane sequi negotium imperativo inpositum, e. c. 'abi tu, cistellam, Pythias, domo ecer' Ter. eun. 753 (cf. 538. 763 haut. 804 adelph. 917 Phorm. 445. 712), Plauti Amphitr. 1126 'abi domum, iube vasa pura actutum adornari mihi' (cf. 353 Curc. 255 mil. 255. 394. 535); sed non necessarium esse docet eun. 499 'abi prae, curre, ut sint domi Parata.'

138 Si verum est quod sane valde probabiliter coniecit Studemundus *interibi loci*, invertendus verborum ordo sic erit: *tum interibi loci conscendo cúmbam piscatóriam*.

141 Non agnosco rerum aut sensuum mutationem, qua subitus ab iambis ad trochaeos transitus satis probetur, nec novi plane gemina exempla, inter quae ne talia quidem numerari velim, qualia sunt apud Terentium Andr. 510 hec. 746.

143 sq. Septenarios sic mavult disponere Studemundus: *iubeo hominem tolli et conlocari et confoveri: solvo operam Dianae*.

V. 147 si Caecilii esset, non dubitarem conicere *de vita ac morted Enni*, saturae Ennianae memor, qua Mortem ac Vitam contententes finxerat poeta (Quintil. IX 2, 36). *Mortis et Vitae iudicium* fabula Novii fuit.

152 *seponebas* Passeratius. *privasti* necessarium esse non concedo: vide quae Luebbertus in libro de particula *quom* scripto p. 87 sq. sub litteris *Bn* disputavit.

154 *depellis mihi manum* non potest aliter intellegi ac Tibulli I 10, 25 'nobis aerata, Lares, depellite tela' vel Valerii Flacci VI 652 'nato non depulit ictus Iuppiter'. quid ergo probabilius quam *paternam* ex mutila librorum scriptura elicere?

166 sq. Adlitterationem, qua hic senarios imperari arbitreris, non agnosco in membris sententia et structura separatis: *probabili, praegnatem*

175 *et* ut delerem suasit usus comici sermonis: Ter. adelph. 354 'curre, obstetricem arcesse'; hec. 719 'curre ad Bacchidem hanc Vicinam nostram, huc evoca verbis meis'. nam dissimilis hec. 359 'tu pueris curre, Parmeno, obviam atque eis onera adiuta'. Normas consuetudinis, ubi duo imperativi apud Plautum iuxta posita sunt, constituit Kiesslingius annall. philoll. 1868 p. 629; de imperativo antecedenti *i* vel *ite* nude adposito post Fleckeisenium disseruit Aemil. Ballas gramm. Plaut. spec. I p. 15.

Ceterum nunc adsentior Buechelero, qui *speratum* servari voluit, quem ut rite accipiat ornari puella iubetur. supplendus igitur videtur v. 176 sic esse:

venire et mecum *cius* speratum adducere.

In sequentis versus exitu *conformem probe* scribi suasit Studemundus et paene persuasit.

178 Certum quidem est neque *multis* neque *cunctis* olere stactam recte dici; illud enim absurdum, hoc otiosum. in quibus ne forte odorem alterum quaeras vetant antecedentia quamvis corrupta *longeque et*, quae latissimi spatii descriptionem indicare videntur. sententiae igitur conveniret e. c. *longe per campos* vel *saltus* vel *plateas*, propius tamen a librorum fide atque ita comparatum, ut varias Prisciani et

Nonii scripturas sat probabiliter explicet, illud visum est, quod in textu posui. fac enim haec in archetypo extitisse:

A Q

LONGEQ·CVMIS, inde quae nunc tradita sunt orta esse posunt coniecturis antiquis. ceterum *stacta* quod legitur intellego ut in Plauti most. 309 'cum *stacta* accubo' de ipsa muliere, loqui autem sive adsentatorem velut parasitum sive irrisorem, qui cum adulescens amator naso se puellam advenientem sentire significasset (cf. Plauti mil. gl. 1256), non id sat certum signum sibi videri respondeat, quia quacumque eat amans, amicae odor eum persequatur necesse sit. ergo noli quod pronum est *stactam* conicere.

182 cf. Plauti Stich. 765 'prostíbulist autem *stantem stanti* savium Dare amicam amico'. invitatur igitur puella ut adsidat ad convivium.

183 In eis, quae olim librorum fidem nimis religiose secutus edideram *interim merendam occurro, ad cenam cum veni: iuvat*, saltem addere debebam praepositionem: *ad merendam occurro*, ut ad concilium legatos occurrisse Livius XXXI 29 narrat. Vel sic tamen minime ea sententia efficitur, quam Marquardtus inesse voluit, scil. *merendam expectabam, cenam inveni*. quae si vera esset, coniunctioni saltem *cum* locus mutandus et in priore membro adsignandus vel sic fere scribendum erat: *interim ad merendam dum occurro, ad cenam veni: iuvat*, numeris quidem non elegantissimis. sed quidni contrarium iocose vel contemptim dici statuamus, scil. in *merendam* incidi, cum *cenam* sperarem? nam quae ob stare videtur gaudii significatio *iuvat* per ironiam explicari potest. Nec vero minus aut facile aut probabile videtur remedium, quo in textu constituendo usus sum. nempe coquam, qui nescio qua de causa mature venerit, dicere conieci *merendam aduro*, ut Menaechmus Plauti v. 208 'iúbe igitur' inquit 'tribus nóbis apud te *prándium accurárier*', ubi duplex item r librarii errore in C inlata est (*accurrare*).

187 Sententiam talem fere fuisse fingo:

án vidisti aquam úmquam ex caeno haurire qui lavérent manus?

Proverbiali fortasse imagine usus est, ut dehortaretur, ne quis honesta consilia inpuris turpibusque remediis perpetrare vellet. Cf. Lucilii e libro XXVI sumpta apud Nonium p. 138, 21 'mórdicus petere aurum ec flamma expediat, *ec caeno cibum*'. Et sale caret et nescio qua verbositate displicet quod in libris quibusdam legitur *ex sino* (s. *sinu*).

V. 187¹ '*lineas vasi genus*' fuisse, ut tradidit Nonius, parum credibile, nec tamen aliud suppetit vasis nomen simile. nam nihili est quod olim dubitanter proposui *lenias* quasi a *ληνός* Graeco vocabulo ductum. Primum autem videndum quid sint *labella*. Cicero de leg. II 26, 66 'sepulchris autem novis finivit modum' (sc Solon); 'nam super terrae tumulum noluit quidquam statui nisi columellam tribus cubitis ne altiore[m] aut mensam aut *labellum*'; Cato de re r. 88 'eam muriam in *labella*, vel in patinas in sole ponito'; Columella de re r. 12, 43 '*labellum fictile*' et saepius. memoratur idem etiam in inscr. Nemorensi ab Henzeno edita et illustrata Herm. VI 8 sqq. v. 18 LABELLVM · MARMO REVM · CVM COLVMELLA · *Labra* quoque ut vasa passim apud Catonem obviam fiunt. praeterea Ovidius fast. IV 761 'nec dryadas nec nos videamus *labra* Dianae', i. e. lavacra; Vergilius Aen. XII 417 'hoc fusum *labris splendentibus* amnem Infecit'; Cicero ad fam. XIV 20 '*labrum si in balineo non est*, ut sit'; Plinius ep. V 6, 20 'inter has *marmoreo labro* aqua exundat' (addit Orelli tit. 4517 Buechelerus). Iam sponte apparet scripsisse Afranium *labella balineis* vel *e balineis*, itemque Laberium v. 38 *labella e balineis*. Nonius autem quod in codice suo legerat facili casu corruptum *labella lineis* stulte interpretatus est: ac fortasse apud auctorem eius cum *labella* 'vasi genus' dicta essent exemplis leniter corruptis, perperam rettulit explicationem ad (*ba*)*lineas*.

191 *Nescio quid* pronuntiatum fuisse eis probabile fit, quae Hermannus Luchs nuper in Hermae vol. VI p. 270 sqq. disputavit; item 417 *nescio qui*, 159 *nescio cui*. Pomponii locos iam in textu emendatos dedi. Apud Pacuvium fortasse pleno septenario 294 legendum: *sed nescio quid nunc est* e. q. s. Lucilii quem in eodem titulo laudavit Nonius hexametrum

sic censeo ad sanam sententiam redigendum esse, ut scribatur: *quid dicis? cur est furtum? quor coicis istuc? (factum et quod libri)*

192 Verum est *expeicrabant* forma, de qua vide Vsenerum in annall. philoll. 1865 p. 226 sq., senarium plane ad Graecam normam astringi.

194 *inprimis* servari non poterat nisi ita transpositum, ut cum verbo *memento* coniungeretur, ac fortasse addendum in fine ipsum quoque *inprudentiis*, ut hic evadat septenarius: *illud memento inprimis, ne quid bláteres imprudentius.*

201 Constanti comoediae usu cum *age* vel *agite* exhortationem excipiat alter imperativus nulla particula adiunctus, non dubitassem *et* delere (ut supra v. 175), nisi praecederet pronomen *hoc*, quo ambiguum fit, utrum intellegendum sit 'hoc igitur agite' (h. e. animum advertite: cf. Ter. eun. 130 cum Donati interpr.) 'et in hac re me adiutamini' an 'in hac igitur re agite me adiutamini'.

204. Quas Afraniano vocis *poscestrix* exemplo Nonius addidit glossas his 'ita tonstrix, ita *inpulstrix*, ita *curstrix*, ita *plaustrix*, ita adsestrix', cunctas comicas esse confidenter nescio quis edixit. et Plautinum est *tonstrix*, Afranii (v. 181) *adsestrix*. at Cicero si dixit *expulstrix* Tusc. V 2, 5 mutata 's in t' teste Prisciano p. 784 eodemque p. 1221 *defenstrix*, ne *inpulstrix* quidem (sive rectius *inpultrix*) ab eius vel aetate vel scribendi genere alienum erit habendum. Ergo etiam duo quae restant vocabula incertum quando et a quo usurpata sint: *plaustrix* in exemplaribus impressis, minus recte *plautrix* in libris legitur. *Curstrix* pro eo quod traditum est *curatrix* recte videtur restitutum esse. nam quamvis Priscianus p. 784 diserte neget *cursor* nomen femininum habere, tamen ipso *curstrix* exemplo utitur Charisius p. 30 P. quodsi alio loco p. 1221 P. Priscianus praecipit 'nemo enim dicit *pransrix* *curstrix* *tonsrix* propter asperitatem pronuntiationis', non ipsa nomina, sed has earum formas quamvis analogia factas a consuetudine alienas esse docet. neque enim sane *tonsrix*, ut praecipitur apud Charisium p. 30, sed *tonstrix*, quod Probus p. 91, 19 K. commendat, Plautus scripsisse

videtur, ad cuius similitudinem *plaustrix adsestrix sponstrix* (Probo teste p. 212, 16 K.) formae factae sunt. sed fatendum est inter omnia illa exempla nullum extare, cuius adfinitate satis se tueatur *t* littera in *curstrix* formam inlata, ut quae a verbi stirpe prorsus aliena sit. ac ne *expultrix* quidem, quod in *expulstrix* formae vicem novavit Cicero, ad amussim quadrat.

210 *visus est nimium mihi* in exitu versus Eduardus Becker et A. Luchs stud. I 68.

220 Ne in *saniter* adverbio haereas, ubi magnus amor desideratur, considerandum est loqui puellam, cui vel insanissimus adolescentis amor vere sanus videatur, quamquam *suaviter* Palmerii, nisi lemma obstaret, confidentius amplecterer. Numquam autem quisquam tam frigidus fuit, ut ad amoris vim exprimentam *adcurate* adverbio uteretur, quod labori cuivis, non animi sensibus describendis aptum est. contra ineptum minime esset quod libri habent *adorate*, simile quippe futurum illis *meditate*, *moderate*, aliis, si modo 'adorari' deponens aliquando fuisse probari posset.

212 sq. cf. Ed. Becker stud. I 134.

228 Comparari possunt Ballionis in Pseudulo verba v. 163 'haec, quam ego a foro revertar, facite *ut offendam* parata Vórsa sparsa tersa strata lauta structaque omnia ut sint'.

229 *tertium* tueri videtur quod oppositum est *unum*, et licebit septenarium sic explere:

tertium diem praeclavium unum [solum] tēzere.

cf. Ter. ad. 833 '*solum unum* hoc vitium fert senectus hominibus'. Phorm. 754.

234 Plane incertum num senarii an octonarii iambici an trochaici septenarii exitum an denique, si *periculum* scribas, prius eiusdem hemistichium teneamus.

236 Ceteris commentis omnibus nescio an praefendum sit:

*tenétur. nemo in médio est. magnifici volo
fluctátim ire ad illum e. q. s.*

nota de eo, qui iam aufugere non possit, dicendi formula

(cf. 115). Comes sive servus sive erus sive amicus tergum adgredientis *tegere* et *sustinere* vel defendere pugnantem sive altercantem iubetur. Praeterea quod traditum est *accipite hoc* non potest intellegi nisi de vestimento vel alio onere, quo se impetum facturus levet, nisi forte succenturiatos quosdam, velut lorarios, ex insidiis accipere adversarium verberibus iubens *accipite hunc* dixit: cf. Plauti Men. 704 'adibo atque hominem accipiam quibus dictis meret'; Amphitr. 286. 296 Rud. 800.

245 *occasione capta* Duebnerus quoque.

264 Disertius monere poteram, procella in mari iactatum et vix servatum loqui. Nescio enim quam intellegi velit fulicam qui meam quandam veterem coniecturam furatus nuper deverbium tale instituit: *á! a! fulica béne peristi! ¶ dí te mactassint malo.*

267 Admodum arridet Gerlachii coniectura *vellicarier*. nam *velificando*, h. e. blandiendo qui locus in hac contentione fuerit, aegre intellegas, nisi forte quod Bambergensis et Leidensis alterius indicio et adlitteratione commendari videatur *verbis lactare* in v. 264 accipias, ut totum certamen redeat ad blanditias mutuas. at enim *verbis* istud facile ex superioribus Plauti et Turpili exemplis (*verbis velitationem fieri* et *verbis velitare*) errore librarii huc transferri potuit. contra *iactata* in principio concertationis *verba* ut pila proelii initio optime ad *velitationem* laborum a velitum levi ac veloci incursione sumptam quadrant. Prorsus deleri *velificarier* et octonarios iambicos *interea verba iactare ét labris Intér se velitárier* distribui Studemundus iubet. Inepte quidam coniunctis variis librorum testimoniis *verbis verba lactare* effinxit, quae quid sibi vellent significare dignatus non est.

270 Dactylos inter trochaeos in octonario defendi posse censeo; nam *pértimúistis* compositum est (cf. Rudentis 922 'súscitet', 930 'instruam'); *térriculam* tuentur ex eadem fabula 'óppida' 933, 'élleborosus' 1106, Terentii haut. 177 'sollicitudinem', 580 'ófficium' alia.

288 Octonarium quoque iambicum temptavi:

repástina sere_ánte iuvenis, út senex frugis fruas.

E codicis scriptura *serati* erit fortasse qui *sari ut* malit elicere. In Plauti merc. 71 'tibi arás, tibi occas, tibi *seris*, tibi itém metis' quod ex cod. *C saris* restitui iussit A. Kochius mus. Rhen. XXV 620 refutari videtur exemplo Epid. II 2, 80 'mihí istic nec seritur nec metitur'. nam bina illic quoque membra arandi et occandi, serendi et metendi distinguenda sunt. A. Luchs stud. I 68 coniecit dubitanter: *repástinas seró, senex, fucis* <*tuas tibi rugas*>.

291 Corruptum esse quod post *inbecillitas* traditur *tua* Buechelerus intellexit, qui tamen cum antecedentia intacta reliquerit, in hoc quaesivit, quale in illo *perdit* indagaveram, prohibendi aliquod verbum, velut *retardat* sive *moratur*.

Fabulae quae *Simulans* inscribitur argumentum Koechly, collega ornatissimus, paucis adumbravit in Sestianae interpretatione vernacula Stuttgardiensis p. 95.

304 sq. Senarios Buecheleri vel propter canticum, unde haec excerpta esse constat Ciceronis testimonio, probare non potui. Alienissimum a sententia Bergkianum *hui*, quo mirabundi utuntur, non indignabundi.

307 Non recepi *me* in textum quamvis probabile, quia sat frequenter in fabularum titulis ablativum accusativo a librariis mutari video: *meretricem* Caec. 111 (ante *memini*), *in pugilem* 193 (nisi forte in pugilem dici sequentia intellegas), *trasyleonem* Turpil. 201, *transyleonē* 205, *hominem* pro *Omne* Afran. 223. 224, *omnem* 226, *uirginem* 344, *heredem* Pompon. 53, *laterē* pro *lare* 61, *lenonem* 62.

316 Causa nulla est cur in dubitationem vocetur quod traditum est *dixi*. nam ut mittam ambiguum Andriae Terentianae locum v. 204, ubi cum libris nostris Nonius legit '*sed dico* tibi, Ne témere facias', Donatus contra *edico*, certissima sunt exempla duo v. 594 'ut adparetur dicam', et haut. 340 'dicam ut revortatur domum'. Item in milite glorioso Plautus v. 185 'dixi ego istuc' et 'hoc ei dicito. Porro' (hoc enim pro illo *profecto* substituendum esse suspicor) 'ut ne quoquam de ingenio degrediatu muliebri'.

327 Notassem integrum septenarium *in Arpinos iam*

e. q. s., nisi caesura ante *explodam* octonarium trochaicum suasisset.

328 sq. De anapaestis consentiens Buechelerus tamen in constituendis numeris et verbis discedit a mea coniectura. nam aut in duos septenarios sic, ni fallor, distribui

... vos quibus cordist intrá tunicam manus laéva,
dextra in penum erile

aut uno versu sic coerceri iubet

vos quibus cordist intrá tunicam manus laéva, altra in
penum erile.

Ferri quidem per se et *erile penum* et inverso ordine *penum erile* potest. quamquam enim *erilem filium* sic praeposito adiectivo constanti usu apud Terentium legimus, nisi quod semel, ubi iam antecesserat *erae* mentio, in adelp. 301 sic ordinare maluit: 'quod mihique eraeque filiaeque erilist'; ac Plautus quoque in *Aululariae* v. 273 'erili filiae' habet, tamen ex eadem fabula v. 580 *imperium erile* notavi. nam paulo post principium versus 591 *erile imperium* inter septenarios trochaicos corruptum et sat probabiliter a CFW Muellero, qui *eri ita imperium* proposuit, correctum est. laborant numeri etiam in mil. gl. 481, ubi sic traditur: 'satin ábiit ille nec *erile negotium* Plus cúrat', verum esse puto *eri sui negotium*, ut in *Amph.* 622 Fleckeisenus *eri mei imperia* pro corrupto *erilia* scripsit. Sed in eadem fabula legimus *amicam erilem* v. 114. 122 (contra *erilem amicam* 274), item *concupinam erilem* v. 508 (at *nostra erilis concubina* v. 458, *erilem concupinam* v. 470. 549). Quae utut sunt, Afranii certe sententia ita comparata est, ut multo rotundius unius versiculi orbe concludatur quam in duos distrahatur. Ceterum de *erilis* vocabulo cf. Ramsay in *Mostellaria* p. 93.

332 Confirmatur Buecheleri emendatio praeter inc. inc. trag. 161 ibique laudatum Ter. hec. 380 Ciceronis ad Att. III 23 extr. 'ut *se initia dederint* perscribas', Livii XXVIII 5, 9 'pollicitus, prout tempus *ac res se daret*, omnibus laturum se auxilium' (si Puteanei et Medicei corruptela *acresideret*, Colbertini *res deret* sic recte sanata est), Senecae de ira III 7, 1 'negotia . . ingentia . . . nec dant se facile et si

occupata sunt premunt', Vergilii ge. I 287 'multa adeo gelida melius se nocte dedere' (nam cetera exempla quae ad Statii silv. I 4, 49 collegit Marklandus, minus similia sunt).

335 Cavisset manifestum errorem Bergkii, si animadvertisset quo modo alibi Gellius fabularum nomina indicare soleat: XIII 8 'in togata, cui Sellae *nomen* est'; III 3, 3 'istam . . . cui est nomen Boeotia'; 3, 7 'Fretum nomen est id comoediae'. praeterea aut sic 'comoedia quae . . . inscribitur' aut simpliciter e. c. 'in Sticho'. numquam *titulum* fabulae aut libri ullius dixit.

341 Vitiata virgo narrasse dicitur, per altum somnum sibi vim inlatam esse, fere ut Pamphilae in Eunucho evenit.

342 Proposuit Buechelerus *ne vénerit, quod nón agetur, in solum* hac sententia: quod non fiet, ne cogitaveris. sed non credo vetari quemquam posse ne quid ipsi in solum veniat, quippe quod fortuito et ultro fiat.

343 Aliis, inquit, de rebus loquere quibus libet, modo ne de hac qua super coepisti loqui, ut quae mihi odiosa et molesta sit. ergo opus non est Buecheleri coniectura: 'aliis de rebus *an* qua coepisti super' scil. consulere me vis?

In adnotatione ad v. 345 critica excidit librorum scriptura *sedit*.

350 *eo* vel *hoc casu* flagitat Studemundus.

371 Minime sanatum esse versiculum intellego: vide num sic melius contigerit: *homo mulierosus confert mei* (i. e. *mihi*) *lucúnculos*.

378 Delenimentis et venenis qualibus utantur vetulae et deformes mulieres vix quemquam praeter unum fugerit, docentque Titinius 71, Laberius 134 sq.: nimirum ornatus dapes dos, medicamina quoque. sed vana haec omnia esse et frustra adhiberi poeta adfirmat.

383 sqq. Infelici coniectura Meinekii ad Graecum proverbium *χολὰ ποτὶ θύνα κάθηται* adcommodari Afranii verba voluit, ubi manifestum coniungenda esse *in naribus primoribus vix pertuli*; neque in his praepositionem *in* eripi poetae patiar, quae fastidii significationem exacuat. *Diram animam* dixit ut Octaviae auctor 240 'en ipse diro spiritu saevi ducis

Polluitur aether', et Plinius n. h. passim dirum odorem (e. c. VI 11, 30 'amne diri odoris fluente', VII 15, 64). Tamen non nego habere quo commendetur octonarium Studemundi hunc: *apáge sis, odium: tuam animam in náribus primóribus; quamquam ápage sis in exitu versus Terentii eun. IV 6, 18 exemplo probatur nec satis tueri videantur bacchei Plautini Poen. 226 'apáge sis: negoti quantum in muliere una est!' eosdem accentus in iambicis numeris.*

387 *uespere et* Duebnerus deleri voluit.

391 *heus (s. eho) tu flagrio* proposuit Studemundus.

405 Librorum vestigiis qui pressius insistere volet, *expeiras* sub illo *expectas* latere conicere poterit. Cum v. 406 *oculis . . involant* conferas Lucilii apud Nonium p. 33, 1 s. v. involare servatum frustum, quod cum olim sic supplerim: *— — — inde canino ritu [orique] oculisque || involem*, nunc probabilius inseri video *ori* inter *canino et ritu*, addi autem post *ritu* monosyllabum aliquod, fortasse *olli*, ut frusti forma talis evadat: *— — — inde canino ori ritu olli oculisque I.* Afranii nostri versiculos, prius quam Ios. Kleinii liberalitate codicum lectiones accepissem, sic scribere institueram: *cum spéctas ad me fábularique incipis, Ex óre in oculos tuó b. i.*, eademque fere, nisi quod in altero versu *ex ore et oculis tuis bibones mi involant* commendat, nunc quoque placent Buechelero, atque olim Duebnerus plane gemina proposuerat.

413 *Et plágulam lecto pellis dimitte o.* senarium tradit Ed. Becker stud. I 300.

425 Medicaster artem suam venditans genera morborum, quae curet, enumerat, idque ipsum et Festi notatione significatur et extremo vertiginis nomine probatur: homines aegrotantes si participiis poeta describere voluisset, non 'arquato' et 'solato', sed plures 'arquatis', 'solatis' posuisset.

Ad inc. fr. XXVII in Marii Victorini verbis librorum Parisini et Palatini (*AB*) scripturam *deuerbiis* veram esse mihi persuasit Dziatzko mus. Rhen. XXVI 97 sqq. annall. philoll. 819 sqq.

Petronio (cap. 41) Buechelerum (cf. eius praef. p. III) et Hagenum (p. 723) secutus reliqui scholiastae Bernensis

ad Vergilii ge. II 98 p. 894 H. de *vinus* forma testimonium, unde et Schneidewinus in relatt. Gotting. 1855 p. 1635 et inscius eius Mommsenus mus. Rhen. XVI 450 novam Afranii togatam *Saturam* scilicet eruisse sibi visi sunt.

In paginae 222 fronte falso *L. Afranii* nomen positum est, nec in adnotatione critica versus 437 numerandus erat.

POMPONIVS. Acephalorum versuum castigator acerri-
mus Bergkius eodem modulo interrogata ut Terentii illud
Andr. 237 *quid illud est?* (cf. Caec. 55 Afran. 212) et rela-
tiva, quale in Pomponii v. 1 agnoscimus, mensus est. quam-
quam ne in illis quidem praevalet ictus supra indicatus,
praeter quem duplex usurpatur ratio, et haec *quid illo fa-
cias?* hautont. 317 'sed quid hoc est?' Cistell. IV 1, 3 'quid
illuc est?' Epid. 594 (cf. Turpil. 80); et illa: *quid illud ma-
list?* eun. 547 'quid illic iam dudum gnatus cessat?' haut.
882 (cf. supra ad Titin. 102 adn.). In relativis vero huius pro-
nuntiationis *quod ille dicit* idonea exempla desidero, nisi quis
forte dissimilia, velut 'ille qui illam amabat fidicinam' Phorm.
109 confundere animum induxerit cum locis huiusmodi: 'licere
id facere quod illi fecerunt putat' hautont. prol. 21 (cf. Turp.
203 Pompon. 110) vel 'quod illi male dictum vemens esse existu-
mant' adelph. prol. 17. Guieti *lusimus* commendat Quicheratius.

3. *ullum* ita usurpatum, ut 'quicquam' significet, quamvis
raro inveniri tamen Hauptius Herm. IV p. 154 singulis
praeter nostrum Frontonis et Frontini exemplis comprobavit.

10 sq. Nomen Atellanae *Aruspex* vel *Pecus rusticum* com-
mendat M. Hertzius. Ioculare responsum plane illius generis
est, cuius auctorem ipsum Pomponium fuisse Seneca controv.
VII 18 p. 326 K. narrat his: 'auctorem huius viti, quod ex
captione unius verbi plura significantis nascitur, aiebat' (Cassius
Severus) 'Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo
primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde
ad Ciceronem, qui illud ad virtutem transtulissent'. Alia
amphilogiae huius exempla duo tantum in reliquiis nostris
extant: v. 6, ubi *aleonis* et *allii* notiones confunduntur, et
v. 180 ubi *medium abdomen tecum dividam* qui promittit, in-

rumationem innuere videtur. Plura apud Novium sunt reliqua: 6. 7. 23. 95. 97. 115—117, et latent fortasse alia dicteria in frustulis.

18 Cum tauris dimicationem Caesarem primum in triumphis anno 707 celebratis edidisse minus accurate narrant, cum Plinius n. h. VIII 45, 182 hoc tantum testetur, ab equitibus necatorum taurorum spectaculum primum dedisse Caesarem, qui in Hispaniensi ni fallor triumpho Hispanorum institutum transtulit in arenam Romanam. Quae autem apud Pomponium loquitur muliercula Eppiae, quam Iuvenalis VI 81 (161 R.) sqq. notavit, similis gladiatores cum in deliciis haberet, in ipso spectaculo amore percussam se esse narrat.

22 *rogas?* interrogationem et personarum vices easdem conl. Andriae v. 909 etiam Georgius Kaibel in thesi II commendavit earum, quas anno 1871 in universitate Rhenana publice defendit. Cf. praeterea exempla a Lorenzo in Philol. XXX p. 607 collecta.

27 Verius esse *publicitus*, ubi publico sumptu fieri quid dicitur, quam 'publiciter' praeter adlata ab ipso Nonio exempla Lucilii 'huic homini quaestore aliquo esse opus atque chorago, *Publicitus* qui mi atque e fisco *praebat* aurum' et Plauti Amphitr. 162 '*publicitus* ego hospitio *accipiar*' aliis etiam probatur, velut Amphitr. 1027 'an foris censebas nobis *publicitus praehiberier*', et Titinii v. 123. 'Publica cura atque consilio', ut interpretatur Donatus ad Ter. Phorm. 978, idem significat illo ipso loco, in Plauti Bacch. 312 Persa 509, in Lucilianis '*publicitus vendis tamen atque extrema ligurris*', apud Caecilium v. 185.

41¹ Sententiam praemittendo versiculo tali 'hic negavit se ducturum nisi cum dote mulieri' illustrari vult Bueche-lerus: ego non de ducendae uxoris, sed de parandae cenae condicionibus verba fieri puto.

Scire velim confidentilocus iste, qui meam scilicet confidentiam miratur, quasi sibi soli omnem vindicet, quo argumento demonstrare possit, Pomponii magis propriam esse *Ergastulum* formam quam Donati libris indicatam *Ergastulum*. Idem *ulicarei* in litteris *ulicariae* latere sibi persuasit.

70 *Iambos quin bóno animo es? [video érepsisti e. q. s. fuit qui commendaret.*

109 *ergo mihi Dossennum* coni. Ed. Becker stud. I 174 *qui v. seq. 'quomodo' interpretans, quasi constaret easdem sermonis leges Pomponium ac Plautum esse secutum.*

112 Incerta opinione *manducus* librorum scripturam nescio quis *manduco's* interpretatus est.

113 Minime molliuntur accentus inversis *intestató senex proficiscitur.*

114 *adside . . strenue* ut coniungantur, comma post *strena* ponendum est.

128 *tristis* CFWMuellero prosod. 103 cur displiceat non divino: notissima sunt *tristis* sapor, amurea, triste lupinum, *tristia absinthia*, suntque '*amaris intiba fibris*' (Verg. gr. I 120). Trochaicum septenarium qui continuavit metricorum principi talem *rústici edunt libénter pedibus tritos a. i.* accidit ut dactylum vitiosum inferret. Ceterum in Lucilii versu qui antecedit Charisium p. 77 certum videtur *praecerpheus* legisse: nam *perserpsit* Neapolitanus, *perserpit* vetus codex Dousae praebet.

138 *ulis* formam Kochianam dubitanter proposuit Ed. Becker stud. I 251.

150 Qui nuper in annal. philoll. 1872 p. 566 Palmerii coniecturam *betet* acerrime damnavit Buechelerus, non advertisse videtur quod additis *sic dixin schema?* insolentius atque, ut inter Atellanae iocos par erat, fortasse etiam absurdius dicendi genus Pomponius ipse notavit, quem cur non credamus item ut Varronem certo consilio etiam obsoleta quaedam sermonibus intermiscuisse? neque desunt profecto inter frusta et formarum et locutionum vetustarum exempla. quid? quod Lucilius etiam, ut coniecturas incertas praeteream, eos, qui *abbitere* '*geminata b maluerunt et dicere et scribere intermissa d*' (Velii Longi p. 2224 verba sunt), multum differre docuit '*d siet an b*'. Ceterum proponit Buechelerus: *si valebit pulsu, buccam pullet fidicinis schema.*

151 Pathicos tangi docet Novii v. 6. Inscitum et horridum Hauptii commentum satis bene refutavit Andreas

Spengelius, qui saltem simplex *edim* recte servavit. nam totus titulus Nonianus cum e commentario Plautino petitus sit, non mirum est et *comedim* et *edim* sub eodem lemmate firmari exemplis. Videturque olim etiam additum fuisse ex *Caecilii* Asoto frustum, quod p. 507, 4 legitur, eoque factum esse, ut librarius ab hoc statim ad illum eiusdem e Plocio versiculum aberraret, qui omisso lemmate 'commemoramentum' proxime subsequitur. nam in diversis capitibus eandem apud Nonium glossam redire, quis, qui vel obiter pervolverit librum eius, mirabitur?

160 Sententiam non recte intellexisse videtur Ed. Becker stud. I 200.

161 *sume* non mutabit qui Horatiani sat. II 7, 106 mernerit: 'quae parvo sumi nequeunt obsonia captas.'

166 Monere poteram quod in Nonii titulo post locum e Pomponii Verre aegroto sumptum desideratur *idem in* (Satura scil.) haustum esse videri antecedenti *prandium* vocabulo, quod v. 177 extremum est.

167 Inseri *ut* necessarium visum est, ne quo spectent 'ubi cognorint' verba obscurum esset.

173 *Verniones* conlatis 'Senecio Quartio pusio' nominibus et CIL. II 2361 IRN 1864 parvulos vernas recte interpretatur Buechelerus.

175 cf. Ed. Becker stud. I 312.

176 sq. Non usus hoc loco est Friedlaenderus in libri de moribus Romanorum vol. II p. 334, ubi de leonum spectaculis testimonia collegit. Novum autem suo tempore certamen respicere poetam nostrum Plinii quem ille laudavit loco n. h. VIII 53 probatur, quo 'leonum simul plurium pugnam Romae princeps' Scaevola P. f. (cos. 659) in curuli aedilitate, centum autem iubatorum primus omnium Sulla (cos. 666) in praetura dedisse narratur.

189 sq. *orcum* ad tesserarum lusum referendam puto, a quo talorum iactus differt. qua re qui loquitur se, dum in aliorum Fortunam mentem oculosque conversos habuerit, sua perdidisse queri videtur. Septenarium integrum *interim dum*

contemplo orcam cum taxillis (vel *dum orcam contemplet et taxillos*), *perdidi* commendavit Buechelerus.

At 192 sq. fere persuasit idem hunc septenarium continuandum esse: *ut putent in turbido esse quidquid in luce est situm*, nisi quod priora non tam mutavisse et contraxisse quam manca reddidisse Senecam suspicor: videtur enim post initium *quidam adeo in latebras fugerunt* alterum hemistichium omisisse.

NOVIVS. 3 Timidiusculus, titubans te balbutiens, ut ait Donatus, etiam in Andria filius v. 893 'pater, *licetne* pauca?' et in hautontim. v. 973 servus 'ere, *licetne*?', item in Plauti mil. 501 'licetne?' In Phaedri appendice 15, 5 Aesopus '*licetne paucis?*' inquit. Non duobus, sed 'tribus verbis' sibi deposcit Palaestriionem Milphidippa in eadem fabula v. 1020.

In librorum corruptela si latet *leno*, septenarium sic expleas: *licetne, leno, duo verba?* ¶ *etiam: primo et postremo fidem.* Sed fortasse idem qui duobus verbis aures petierat, mox adseveravit haec ipsa primum et postremum fore, ut sic distinguenda sit sermocinatio: *licetne duobus verbis?* ¶ *etiam?* ¶ *primo et postremo meo*, quod autem sequitur *idem* ante Plauti nomen alteri Novii exemplo quod interciderit praemissum fuisse videatur.

Proxime a librorum indiciis ^u*Bacculo Bucculo Buculo* abesse videtur titulus fabulae *Baucalus*. Cf. etym. M. p. 192, 20 *βαύκαλον· μαλακιζόμενον, τρυφερόν*, de qua glossa nuper disseruit M. Hauptius Herm. VI 386 sq. neque abhorreere ab Atellana Graeca nomina demonstrant Novii Hetaera Paedium Zona, Pomponii Adelphi Citharista Synephebi Syri.

14 sq. Profanata, h. e. pollucta Herculi decuma in aede eiusdem epulum publicum distribui per triclinium dicitur.

24 Lenonis sive lenae in amatorem inopem verba sunt. Aliam distinctionem nunc ut minus concinnam reicio, hanc scil. *multum ames, paulum des crebro, venias rarenter* [tamen].

25 sq. Garruli notam eandem in Theophrasti char. 7 legi, ubi (ὁ λόλος) *συνθεωρῶν θεάσασθαι (κωλύσαι)* dicitur, rectissime monuit Buechelerus.

34 sq. Mulionis e caupona, ni fallor, mane profecturi apparatus describitur: absdidit sub veste zonam cum pecunia sibi commissam, puto, ut alii traderet; sed eam vel casu vel furto perdidisse videtur.

38 *Ponticum* quod servari velle narravi Buechelerum, intellegit nimirum genetivum, Ponticorum loquacitatem, de qua tamen traditum nil reperio.

V. 42 in codice Cusano p. 118 extat, sed nullo addito nomine.

52 *vadimonio* etiam Schuetzium in ephem. gymn. Berol. 1867 p. 617 coniecisse video.

71 Plane similis vestimentorum muliebrium enumeratio in Plauti Epidico II 2, 45 sqq. legitur, ubi praeter alia item supparum (ut in nostro v. 70), crocotula et rica memoratur. *Mollicina*, *μαλακὸν ἱμάτιον* etiam apud Labbaeum reperitur, ubi *molucina*, ut in Nonii Bambergensi extat, corrigendum esse docet Papias glossa: '*molocina* vestis quae albo' (malveo?) 'stamine fit, quam alii malbellam vocant' et 'malbella quae ex malvarum stamine conficitur, quam alii *molocinam* vocant.' non tamen dubitandum videtur quin idem sit quod Aristophanes in Thesmophoriazasis alteris (fr. VI), ubi *γυναικείων φορημάτων* multitudinem enumerat, apud Pollucem VII 96 *μαλάκιον* dixit quodque eadem forma Hesychius protulit addita interpretatione: *γυναικείον κοσμάριον*, Photius vero in lexico ipsum Aristophanem laudans sic: *μαλάκιον· κόσμος χρυσοῦς γυναικείος· οὕτως Ἀριστοφάνης*. iam cum in multis Antiphanis comici exemplaribus *μολόχης ἕζαν* pro illo *μαλάχης* et apud Epicharmum *πραῦτερος ἔγωγε μολόχας* legi testetur Athenaeus II 58 d (cf. Hesych. et Photius s. v. *μαλάχη*), ne illud quidem mirum quod *μολόχιον* pro *μαλάκιον* scripsit Clemens Alexandrinus Paedag. II 11 p. 90 S. (272 K.) ubi Aristophanis locum laudavit, vulgaris autem medii aevi sermo ut est in Ducangii glossario *μολούχιον* usurpavit, ad quod plane nostrum quadrat *molucium*. Mutatae autem in Latino sermone vulgari vocalis *a* in *o* et *u* exempla collegit Schuchardtius de vocalismo I 170 sqq. III 86 sq. Ceterum in Naevii Lycurgo v. 46 cum Nonii libri

malaciis vel *malatiis* exhibeant, valde probabiliter Bergkiius (in comicorum Meinekianorum vol. II p. 1078) coniecit scribendum esse: 'pállis patagiis crocotis *malaciis monilibus*.'

Chiridota est tunica manicata, *χαιρῶν χειριδωτός* (Poll. VII 58). Lucilium *chirodyti* in hexametri initio posuisse non nego. De *rica* palliolo, quo caput velatur, cf. Festus p. 277. 289, Paulus p. 276. 288; Varro de l. l. V 130, Turpilius 74 et cetera exempla a Nonio p. 539 laudata. Ab hac diversum quod idem p. 542 notavit *ricinum* 'palliolum femineum breve', 'cuius dimidiam partem retrorsum iaciebant', ut Varro de l. l. V 132 ait. Forma autem varia modo *ricinum* apud Nonium l. l. in lemmate (cf. Varro de vita pop. Rom. apud eundem p. 549, 32: 'ricinis lugerent', et in satiris (fr. 433 B. ibidem p. 539 'mitram ricinam') vel *recinus* (Servius Aen. I 282), modo *ricinium* (Varro l. l.) vel *recinium* (Festus p. 274) appellatur, ut a *rica* (*reica reca*) primum adiectivum *ricinus* (*reicinus recinus*) et omisso pallii nomine *ricinum* substantivi vice, hinc porro deminutivum nomen *ricinium* factum esse videatur. secunda autem syllaba si umquam non brevis fuisset, profecto ne Varroni quidem in mentem venisset *ricinium* 'ab reiciendo' deducere.

72 Mulieris habitum notari *diplois* prodit vestimentum muliebre; nam virorum duplex eius generis amictus laena sive *χλαυίς* fuit (Varro de l. l. V 133 Pauli Festus p. 117, prae quibus non curo scholiastarum ad Hor. epist. I 17, 25 nugas).

77 sq. Fortasse inter duos distribuendi et sic fere suppleendi erant:

quód magno opere quaésiverunt, id frumisci nóñ queunt.

¶ *qui non parsit ápud se [partum, frúctus non] frunitus est.* ut priori, qui vanam avarorum cupiditatem castigaverat, parcus responderit, ne prodigos quidem beatos vocandos esse. In adnotatione critica Vossiani scripturam notaveram hanc: *quæ*, mutata scil. *e* in *i*.

94 sq. Gloriari videtur servulus quidam prudentius se ipso ero adolescente fecisse: nam hic cum muliercula compressa, h. e. vitata in mala discrimina inciderit, se compresso pugniss

nimirum et male mulcato fullone festo die, ut par erat, genio indulsisse, nec quidquam inde periculi contraxisse.

96 sq. Praebitoris cum sit aquam et ignem praebere (cf. Hor. serm. I 4, 88. 5, 46), avarus *puriter* parare prandium quod servum iubet, ambiguitate vocabuli utitur: non enim laute munde (cf. Pompon. 54) nitide, immo sordidissime, sed pure, h. e. simpliciter vel stricte observato officio nil praeter necessaria illa hospitibus praebere vult. Lusit in eodem adverbio etiam Pomponius v. 10 sq.

Ceterum septenarium non sine transponendi audacia excudas:

púriter volo fácias: *igni accípier hunc volo átque aqua*
(vel *igni aquáque accípier hunc volo*).

In octonario hiatum explere possis ablativi forma *ignid*: cf. Pompon. 116. 124. 125.

Saturae Varronianae titulum quem finxit, *Postumi, cur seplasia fetet* (apud Probum in Verg. ecl. VI 31) Buechelerus mus. Rhen. XIX 476 suspicatur ex Atellana aliqua sumptum esse (conl. Pomponi v. 160). proverbium Riesius p. 199 fuisse opinatur *post vinum seplasia fetet*. adversus utrumque qui disputavit in annall. philoll. 1867 p. 507 sqq. non protulit magis credibilia.

P. 274 INC. NOM. REL. I. Adde Isidori glossam: '*dorsennus*, persona parasitorum.'

P. 275 fr. VII addenda memorabilis in Isidori gloss. explicatio: '*canier, leuo*', h. e. '*casnar, leno*.'

LABERIVS. 3. Non gubernium, sed *gubernum* videtur gubernatorem Laberius dixisse, ut gubernata Lucilius et Lucretius pro gubernaculis. ponendus igitur nominativus *gubernus* erat, addendusque verbalibus nominibus, quae in vol. I corollario p. XVII collegi.

12 Ne verearis *amāt* Caesaris aetate in scaenico potissimum poeta metiri, sufficit meminisse vel Horatiani 'quidquid arat inpiger Appulus.' Praeterea Corsseni copias adi in libri de pronuntiatione serm. Lat. vol. II p. 488 sqq. expositas.

19 Mentionem non feci mirae Muelleri in prosod. p. 35 opinionis, qui *egó mirabar* initio senarii poni suavit. senarii quidem si fuerunt, nil probabilius quam prioris syllabam primam *et*, alterius autem *sic* vocula (quae post *mihi* facile excidere potuit) expleri.

37 Potuerunt in medio senario sic posita esse

o _ o _ o _ *malás malaxavit* _ _

nisi forte Vossiani vestigia eo ducunt, ut septenarii initium fuisse statuas: *málas malacissávit*.

54. Mirum est sospitorem Nonii tam alto somno obdormivisse, ut inmemor esset in secundo capite grammaticum non ut in octavo 'de mutata declinatione', sed 'de honestis et nove veterum dictis' exempla composuisse. ergo non genetivum nescio quem ille notavit, sed *genius* nomen ea notione, qua *generis* auctor et patronus habetur, usurpatum, cum paulo supra p. 117, 29 'genium, parsimoniam' illustrasset. neque quidquam coniecturae istius addit probabilitatis quod in lemmate *genus*, non *genius* Bambergensis et Leidensis prioris librarii tradiderunt.

66. *fóriolus vidéris esse, quía cacas in cóleos* Aug. Luchs stud. I 70.

86 Inversum verborum ordinem *somniculosum ecástor mustum* Buechelerus proposuit.

87 Non *catonium*, sed *catomum* Mediceus codex epistularum Ciceronis exhibet.

88 Ridiculus ipse Bergkii, qui ridens tamquam monstrum quod olim posueram

⊥ *caput sine linguá pedari . . . senténtia est*

et lacunam in medio versu ipse agnovit et excidisse *nimirum* coniecit propter similitudinem vocabuli *mimo*, quo longe supra usus est Gellius. Primum autem pedem quid ni e. c. talem *út* (vel *nám*) *caput* elisa in ultima syllaba *t* effingeres?

Genetivum *pedari*, si quidem traditus esset, numquam ignoravi exemplis sat idoneis defendi posse, quibus novum nullum addidit Bergkii, nisi quod in Plautino mil. 752 'proletari sermone', quod coniecerat Buechelerus decl. lat. 51, ablativum pro genetivo habuit. Ceterum hic lacunam, quam

in medio versu reliquit, his fere: *in curia*, expleri posse statuit, nisi forte plane retro legenda essent tradita: *senténtias pedári sine linguá caput*. neutrum credo.

126 Item ut apud Pseudosenecam de moribus in codice Cusano p. 113 legitur.

139 Cum contemptu *suppolitores* appellantur. politor enim cum conduxerit agrum 'in commune quaerendis fructibus' (Dig. XVII 2, 52 § 2. cf. Cato de re r. 136), suppolitor fructus ab hoc capiendos conduxisse putandus sit, moechi et adulteri hic fortasse intellegendi sunt.

Versus, qui in codice Martialis Modiano ad VI 55 leguntur, suppositos esse Laberio satis demonstravi in prioris editionis praef. p. XIV sq.

VALERIUS *Phormionis* poeta facilius quis non fuerit, quam quis fuerit dici potest. Putavit *Valerium Valentinum* fuisse Falsterus mem. obsc. p. 117, iocosi illum carminis auctorem, quo ficto nomine Tappula lex convivalis conscripta fuit, cuius Lucilius meminit hoc modo:

Tapúllam rident légem congerrae óptimi

(Festus p. 363 M.). eiusdem, qui C. Cosconium (praet. 664) Servilia de repetundis lege accusaverat, in iudicio carmen recitatum est, 'in quo puerum praetextatum et ingenuam virginem a se corruptam poetico ioco significaverat' (Valer. Max. VIII 1, 8); viderique potest laudari idem Valentinus apud anonymum Hauptii de gen. nom. p. 76, 8. de fabulis tamen scaenicis faceti poetae nihil compertum est. Scaenicus quidem, sed artifex fuisse putandus Valerius qui 'cotidie cantabat', ut narrat Cicero de or. III 23, 86, mortuus ille ante annum 699, quo de oratore libri scripti sunt. nec aut Sorano aut Aedituo Valerio probabili causa fabularum genus tribuitur, ut restare solus paene videatur Ciceronis familiaris, quem ut mediocrem Ictum, ita ad iocos natum hominem fuisse certum nec magis mirum ad mimos descendisse quam aequalem Laberium.

PVBILII quae feruntur sententiae quod nunc tandem aliquando certo librorumque auctoritate firmato ordine prod-eunt, Woelfflini consilio et diligentiae debetur, cuius tamen exemplum sequi nolui in proverbiiis, quae ille prosa oratione litteris cursivis suisque numeris inde a littera N immiscuit, ego in appendicis fronte p. 364 sqq. posui.

Neque *codicum* scripturas ab illo sumptas paulo commodius disponere sat habui. Parisinas quidem copias denuo excutere in horum temporum turbis non licuit: at *Frisingensem* cum singulis plagulis accuratissime contulerunt Halmius et Laubmannus, ut omnia mea de illo testimonia firmissima horum virorum fide niti confidere possis. Praeterea *Bernenses* duos (β b) Hagenus mea causa excerp-sit, *Basiliensem*, *Turicensem*, *Rheinaugiensem* meis ipse oculis pertractavi. unde factum est, ut accuratiorem et plenior-em horum librorum notitiam tradere possim, quam'prompsit. Woelfflinus in prolegomenis p. 17 sqq.

Continet autem *Bernensis* 704 (β) sententias hoc ordine dispositas: ex littera *A* 1—23. [append. 209. 182.] 24—28. (deinde erasum versiculum unum). 30—34; *B*: 44—59. [append. 205. 198. 159.] 60—78; *C*: 85—100. 104. 101—103. 105; *D*: 123—138; *E*: 147—158 [append. 157. de mor. 55. append. 185.] 159—162; *F*: 166—192; *G*: 194—202; *H*: 203—209. 213. 210—212. 214—222. [*Honestius cum iudicaveris amare quam cum amaveris iudicare.*] 223; *I*: 230 sq. [append. 63.] 232—254. [append. 189. 190. 156. 186. 187. 13.] 255—263. 241 iterum; *L*: 292—301; *M*: 309—317. [de mor. 18 append. 29.] 318—340; *N*: 377—386 [append. 1—7. de mor. 59. append. 8—18]; *O*: [append. 19—35]; *P*: [append. 36—57]; *Q*: [append. 58—66. de mor. 119. append. 67—78. 154. 79—81. 161]; *R*: [append. 82—94]; *S*: [append. 95—106. 162. 107—115]; *T*: [append. 116—124. 126 sq. 125. 128 sq.] *V*: [append. 130—147]; *Z*: [append. 148 sq.] Mancae ergo in exitu omnes sunt litterae praeter *G*. Deficient meliores, h. e. numeris conclusae sententiae inde a littera *O*.

Alter codex *Bernensis* n. 527 (*b*) saec. XV miscellaneus in fol. 156^a—157^b sine titulo ullo selecta quaedam Senecae,

cuius in margine saepius nomen adpositum est, proverbialia mixta sententiis Ciceronianis exhibet. Insunt autem versus hi, in littera *A*: 2. 1. 26. 28. 33; *B*: 44. 52. 64; *C*: 89. 92. 103 (append. 281. 166) *D*: 127. 128 (append. 281) 135; *E*: 150. 154. 160; *F*: 182. 192. 170. 172; *G*: 198. 200; *H*: 211. 204. 210. 214; *I*: 243. 250. 257. 241 (append. 164. 163); *L*: 293. 296. 297; *M*: 324. 328. 330. 310. 319. (append. 165) 314. 315. 329. 335; *N*: 379 (append. 6. 7. 167) 383 (append. 18) 386 (append. 13; *O* append.: 21. 27. 34; *P*: append. 48. 168; *Q*: append. 169. 294. 293. 68. 73. 75. 170; *S*: append. 100).

Basiliensem codicem (*B*) sciendum est correctoris manus duas passum esse, quarum altera pallidiore atramento, sed litteris grandioribus fere et nitidis usa antiqua, multo exilior et neglegentior altera. Additi autem manu secunda sunt post v. 24 in paginae primae margine inferiore appendicis v. 209, qualis in *Mβ* legitur (nisi quod *intensio*, non *intentio* extat), tum append. v. 182 (omisso *autem*). Sequitur in pagina secunda v. 25 m. 2 in margine superiore additus; item inter lineas insertus est v. 27 et post 28 v. 31. Plane desunt 35—43 (h. e. litterae *A* extrema) 53—56 (in media *B*) 79—84 (in extrema) 106—123 (alterum litterae *C* dimidium et *D* primus versiculus) 139—147 (litterae *D* extrema et primus *E*) 163—165 (ultima litterae *E*) 193 (ultimus litt. *F*) 224—229 (extrema litt. *H*) 264—292 (alterum litterae *I* dimidium et primus *H*). Versum 68 excipit 72, versui 104 post 101 locus est. Deficit textus post v. 296 in littera *L*.

Lectionum spicilegium post Woelfflinum accuratius excussus a me codex hoc praebuit: 3 *apta* m. pr. 10 *si* in ras. suprascr. 16 *nisi uigilans: somniat* 17 *non* m. sec. (non rec.) suprascr. 23 *recte* (tū m. 2 suprascr.) 24 *aetas* (*e* corr. ex *r* ut vid.) *indicat* 27 *nihil* 29 *Amatre* 32 *properat cito: qui est* om. *tantū* m. 1 45 *consequetudo* (erasa *e* pr.) 47 *Īn* 57 *accommodat* 58 *deicit* 63 *subprimitur neq̄q̄* m. 2 suprascr. 72 *uadunt ut opprimant* 75 *breue* (m. 2 *breui**) *men* 78 *ubi das* m. 2 suprascr. 86 *est* om. 90 *vitam*] in mg. m. rec. fort. *ritū* 92 *contempnitur* 97 *dampnatur* 100 *null*' 102 *Contempni* 102

^{ticia}
stulte (corr. m. rec.) 124 *Dāpnare* 126 *cum ingratum* m. rec.
 suprascr. 133 *habere*] ^ē *habe*, i. e. est habere 134 ^{uita} *ē grata*
 (m. eadem suprascr.) *conditio* 148 *peccato* ^{tori} (m. rec. corr.) 150
altius 155 *sepulchro* 156 *faciunt* m. rec. *oder* 158 *patriae*.
qui se denegat (m. rec. *se denegare* suprascr.) 160 *Etheu* 175
impbitas 181 *hī* 184 *potestate* ^ē 187 *Femine* ^{na} *turā* (suprascr.
 m. eadem) 189 *splendet*] *fulget* 191 *cū*, m. 2 suprascr.
quē 196 *animā* (corr. m. ant.) 201 *consaetudinis* ut vid.
 205 *mori tutū putat* m. 2 suprascr. 209 *ab eo de quo nō*
possis q̄ri m. 2 add. 216 *cū fuerit* m. 2 suprascr. *altūm* 223
maledicte m. 1, corr. m. 2 230 *quīqd* 235 *dat* 236 *Inopiae*
auariciae 239 *Iocundū* 241 *Irritare* 244 *cōtumelia est* m.
 rec. add. 245 *fieri* m. rec. suprascr. 253 *nisi*] ^ū 254 *supra*
celeritas m. 2 scriptum *puniri* sive *puniendi* 257 *dāpnatur*
 258 ^ū - 260 *q* 261 *amico* ⁱⁿⁱ 293 ^ū.

De codice *Rheinaugiensi* num. XCV membranaceo
 (R), qui inde a pag. 91 ANNEI· SENICAE· PROUERBIA·
 continet, post Woelfflinum haec enotavi: 1 *quidquid* 11 *ingenio*
 (m. ead.) *acerua* 12 *ledit* 22 *conconditur* 35—43 om. 44
ēgratum q (h. e. quod) *susteneantur* in textu 76 ^q 79—84
 om. 86 *est* om. 88 *rapere* 92 *contempnitur* 95 *melior*
 96 *dolori* 100 *amici* in textu *nullus* 104 post 100! *ueni-*
culo deinde 101 sqq. *inproborum* 105 *relinquid adpetit*
 106—122 om. 123 *priorur* 130 *mendatium* 131 *carior*
 132 *quidquid* 133 *Dificilē* 139—146 om. 149 *desidesirio*
 155 *sepulchro* ~ *mortus* 161 *hortus* 162 *carus* 163—165 om.
 167 *planditur* 168 *reteneas* 171 *Furtuna* 173 bis in pag.
 98 *summa* m. 2 additus, et statim infra in textu m. 1 175
improbitas 177 *sinant* (ut dubitari nequeat) 178 *laera* (si-
 millimae in hoc libro *r* et *s* et saepius confusae.) 181 *reddit*
 183 *oberre* 189 *spendet* 193 om. 194 *Graue p̄iudiciū* ~
piuditiū n̄ habet (ut *p* scripserit librarius pro illo *q*) 198
gruba spectu latet 200 *Gravius* 208 *cōmdat* 209 *n̄ ē possit*
 211 in imo mg. videtur repetitus esse, sed fere evanuit scrip-

tura 213 extat in p. 100 summa! est om. 216 *Homo semp aliud fure tinat aliud cogitat* 220 *commendat* 222 *utilis* (corr. m. ead.) *quamrere* (in mg. m. 2 *que*) 223 *Hbent* 224—229 om. 230 *nestit* 231 *Inimicus* 239 *Iocundū* 240 *recepit* (sic, ut puncti nota casui tribuenda esse videatur) 245 *hunc n̄ inimicū* 251 *hortē* 260 *q̄* 264—291 om. 299 *n̄ nocens* 300 *Liuido* 301 *Liuidus cunctos* (o corr. ex u) 302—308 om. 315 *inimico!* 316 *caus* 317 se] *re* 320 *q̄d̄q̄t* 328 *indigē* (corr. m 1) 339 *imperande* Ad 332 in mg. nota adpicta inseri iubetur qui supra textum in pagina summa m. 2 fort. additus est versus: *Multū ē difficile seruire regi absq. cōmodo* sic emendandus:

Difficilest regi séruiŕe absque incōmodo.

superius etiam pingui manu *ale naturae* (v. 328, qui primus huius pag. 104 est, initium) 341—376 om. 379 *quidquid* 382 *q̄ optes* Ceterum sententia fert *hau quid fugias*, quod huius codicis scriptura *au* indicari videtur 386 *defecit* Post 386 secuntur proverbia 1—149: 10 *uitorū ÷* 15 *accurraueris* 19—22 *uoluntaria ÷* *Omitte*, om. ergo *excussationem* 23 sq. *caecideris titubaberis* 25 *insaniē* 26 *p̄uenē* 27 *Omnis itaq:* 30 *adnize* 31 *oportit metū* 32 in imo mg. m. ead. add. 33 *Optimū* 35 *uult* om. 38 *p̄fectu* 39 *deliberis* 45 *ominibus* 49 *cuditates*, in mg. *pi* m. ant. 52 *ueracunda* 53 *conuitium* 54 *Perturbe* 55 *exegentem* 57 *Plerique famam conscientiam pauci uerentur* (quae ut aperte e Plinii epist. III 20, 8 hausta omisi in textu) 64 *quiderunt* 69 *minū* 70 *inimitari* 72 imo mg. m. ead. add. post 75 82 *Repellis* 84 *iniuniarū* 86 *Resc̄uera ÷ quia multis timetur multos timet* (vide Laberii v. 126) 98 *efficiaet* 91 *praua* 93 *parentē inferuorē* 94 *Reges* 95 *otiora* 96 *potentis quia puerisnē aut* 108 *pars* extat! 109 *seruus es* 110 *alienas* 114 *contempnunt* 116 se] *re* 122 *praebit* 124 *Transq̄uit* 127 *exibe amiticis comparandis* 129 *familiariter* 139 *doloribus enim* 142 *mortalis* 146 *pectus piegt* 147 *exitū eius finēq̄* (*finē* eras.) 149 *uitorū* Cetera desunt. Ergo ad Syri v. 633 enotata varietas non *R* est, sed *T* codicis.

Fratres esse Basiliensem, Bernensem 704, Rheinaugiensem lacunae demonstrant; sed plenior servavit communem fontem Bernensis. Ad eandem classem pertinere videtur etiam *Urbinas* codex n. 340 saeculi XIV, cuius notitiam Augusto Mau Kiloniensi debeo: nam in primis versibus, quos ille contulit, sexaginta septem desunt praeter v. 29. 57 sq. 62 eidem quos illi libri in extrema littera A omittunt 35—43. Textus ipse tam male habitus est, ut reliqua excuti operae pretium visum non sit: unum monebo, quod in v. 63 sub corruptelis librorum latere suspicatus sum *quando*, id ipsum in Urbinate legi, ubi initium versus est: *bonum quando enim supprimitur. Palatinos* Gruteri Hugo Hinckius meus frustra in bibliotheca Vaticana quaesivit.

Alterum exemplar eius quae *Turicensi* (n. 178) continetur codice sylloges, mutilum illud quidem inde a littera *E*, sed litteris *A* et *B*, quae desunt in *Turicensi*, auctum nuperrime repertum est in libro *Monacensi* (Clm. 6369) membr. saec. XI, editum autem a Guilelmo Meyer in commentatiuncula sic inscripta: *Eine Sammlung von Sentenzen des Publilius Syrus. München* 1872. Cuius gravissime doleo tum demum notitiam mihi adlatam esse, cum Syri mei textus typis in officina iam expressus esset; neque postquam complures per menses intactum propter operarum pertinaciam iacuerat opus, ut denuo retexerem novasque sententias, ut par erat, suo loco insererem, inpetrare vel a taedio meo vel a redemptorum facilitate potui. at conspiciam saltem eis sedem in corollarii huius appendice paravi: hic et ordinem Monacensium accurate indicare et editarum scripturas novis testimoniis augere sat habui.

1 (sylloges nostrae v. 10) *ni* (eras.) *nisi facias necesse est* 2 (43) *amoris* (erasa *s*) 3 (41) *animo semper imperat sapiens stultus uero deserit* 4 (append. 227) *audiendo uirtutis crescit socordia timor* 5—9=694—698 10 (26) *nisi ut* 11=699 12 (28) *aliis] omnibus* 13. 14=700. 701 15 (44) *Bis fit gratum quod opus est si ultro offeras.* Meyerus *fiet*, quo senarius efficitur: *erit* cod. Cusanus 16. 17=702. 703 18 (53) 19 (55) *accipit* 20 (57) *commodat*, quod

recipiendum est. 21 (45) *desuetudo non est bonum* senarium haec: *desuetudo non bonast* expleat. 22=46 *qui dare* 23=66 *interficitur animis* 24=704 25=74 *apud uisum* 26=705 27=99 ut T 28=654 ut T (*cum se ipse* Meyerus conl. 9. 11. 102 syll. Turic.) 29=104 ut T 30=91 *nemo om. in grā tuto* (*ingratuito* T, sed *uit* fortasse e corr.) *reuertitur* 31=655 *esse oportet supplicem* ut coniecerat Froehlichius 32=656 *effugere* (*effugiri* T) *potest quem* (*si* T) *culpam penitet incurrisse*. Meyerus: *cito culpam effugere pote quem culpae paenitet* 33=112 ut T, sed *rectius dicunt* 34=659¹ *periculo* ut T *querit quicquid* (*quidquid* T) *occultare contendit* ut T 35=115 ut T 36=116 ut T, sed *totus* 37=86 ut T, sed in exitu *ob iurgatio seuo*. (Ambiguum, utrum *rectius sit: crudelis in re aduersa est an c. est in re aduersa*) 38=657 ut T 39=658 *Cum inimico ignoscis amicos gratis complures adquiris* ut T, nisi quod hic, cuius scriptura in adnotatione mea casu nescio quo excidit, *amicus* habet. 40=97 ut T, sed *multatur* 41=659 ut T 42=125 ut T, sed *tu otius* 43=127 ut T, sed *poenitus* 44=660 ut T 45=706 46=661 ut T, nam *dinoscitur* uterque. 47 *Dignus es odio cum tua religione qui nodum in scirpo queris* (corrupta ex Terentii Andria v. 940 sq.) 48=662 ut T, sed *reperies* 49=157 *Eripere iram officia non suggerere*.

Reliqua desunt in Monacensi. Secuntur in *Turicensi* haec: 50=663. *ignorantia est profunda nescire ubi peccaueris*

Meyerus 51=707 52=174 *facenus fuget* 53=664 *que* compendio q: scriptum bis. 54=176 55=178 *atrocior* (*t* pr. eras.) 56=184 57=179 58=665 *Erenus frenos inponit linguae conscientia* Meyerus recte. 59=196 60=200 61=666 62=667 63=708 64=215 65=226 66=214 67=204 68=709 69=250 *remedium* 70=251 71=242 72=235 73=240 74=238 75=243 76=246 77=264 78=297 79=668 80=310 81=309 82=333 83=366 *penitet* 84=app. 281; hunc quoque suo loco inter Turicenses inseruisse melius erat. 85=669 86=380 *opri-*

matur 87=710 88=421 89=397 90=383 *periculum*
periculo 91=423 92=401 93=439 94=441 95=670
amicus Meyerus: *plures amicos mensa bona quam mens capit*
 96=482 *more* 97=483 *irascit periculam* 98=489 99=452
Pericula 100=453 101=671 *qui studet multis amicis,*
multos inimicos ferat Meyerus. 102=672 *qui se accusat ipse,*
ab aliis accusari non potest Meyerus. 103=515 *Quoscūq:*
 104=542 105=673 106=674 107=537 108=576
 109=578 110=675 *reddit, non perdit alienum qui perdidit*
 Meyerus conl. Cassiodori var. 6, 8 'sine damno inventa
 perdit qui propria non perdit.' 111=676 112=677
 113=585 114=678 115=590 116=593 117=679
 118=680 119=681 120=682 121=683 *sine legis poena*
poenast consciētia Meyerus, non male 122=684 123=618
 124=627 125=685 *tarde nascitur gravis ira et pervicax*
ulciscitur Meyerus, parum eleganter 126=686 127=687
 128=688 129=711 130=712 131=634 132=689
 133=690 134=691 135=692 136=636 137=693
ut emās aliena, cāveas ne vendās tua Meyerus.

Cusani codicis, quem consulto se praetermisisse Woelfflinus p. 19 narrat, fructum ad verba singula emendanda nullum fere esse verum est. scitu tamen dignum quos libri illius compilerator versiculos excerpserit. Habet autem haec: p. 103 Kl. Afranii v. 30 ut extat apud anonymum Bernensem; p. 118 Novii 42 nullo addito nomine; p. 113 Laberii 126 qualis in Pseudosenecae de moribus libello legitur; Syri versus 4. 5. 13. 15. 16. 17. 18. (*sed elabi*) 19. 22. 23 (*Señ*). 26. (*nisi ut*) 27. 29. 32 (*Señ*). 44 (*Seneca. Bis erit gratum*) 46 (*beneficium*). 48. 49. 51. 53. 54 (*Señ*) 55 (*accipit*) 58. 60. 63 (*nequaquam*) 64. 65. 66. 67 (*Seneca dicit dormis*) 70 (*exceedunt*) 71 (*cum*). 74. 76 (*qui*). 78. 91 (*redit in gratiam tuto redit*). 92 (*periculum*). 94. 95 (*melius om.*) 96 (*cuius*). 97. 99 (*nec fortis*). 103. 104. 123 (*Seneca*). 125 (*apparendum*). 128 (*est utilissima, suprascr. uel cutissima*). 131. 136. 137. 138 (*demissum admittitur*) 147 (*Señ*) 149. 150 (*alterius*) 154. 157. 159. 160 (*Señ senem] scñ*) 169 (*formosa multa*) 170.

171 (*quassum*) 172. [174 (*is qui*) 175. 178 (*sit*) 180 (*animi*) 184. 188 (*difficilia ut facilia*) 189. 192 (*homini*) 194. 197. 203 (*est gloriae custodia*). 204. 207 (*est mori*) 208. 218 (*Señ quasi gladius melle illitus* add.) 215. 220. 233 *roges*) e corr. ex *a*) 234 (*in nullo*) 235 (*qui sceleriter dat*). 236 (*parua desunt*). 237. 239. 241 (*irritare*). 244 (*in miseria uita*). 246. 247. 248. 250. 251. 255. 257. 261. 292. 293. 294 (*dolori est inimici*) 295. 297. 299. 310. 315. 317. 322 (*est om.*). 326 (*periculo*) 327. 330. 334 (*cum se irritatur*) 339. 377 (*nichil*) 383 (*periculum . . periculo*) 386 (*auaro*) 651 (*pati uel facere*). Reliqua suis locis adscripsi. Novis autem quos ex hoc fonte hausi versiculis append. 171—176 paucos etiam addi posse sero intellexi, quos item ut Monacenses infra exposui numeris appendicis 177¹⁻⁴ signatos.

Iam ut APPENDICIS consilium et rationem defendam, paucis significandum est, quid de universi gnomologii origine et vicissitudinibus coniectura apud me constituerim. Nam secundum litterarum ordinem dispositae sententiae Publilianae quando primum fuerint nescimus: certe tali corpore Gellius non usus est. neque Frisingensem syllogem ex eodem archetypo, unde hic sua excerpserit, ortam esse credo, quia laudatus a Gellio et Macrobio v. 106 in nostris codicibus omnibus desideratur. v. 264 autem in solo Turicensi extat, quem ipsum a ceterorum vulgo longissime abhorrere universa libri indoles et compositio demonstrare olim potuit. Neque eis adsentior, qui aut omnes aut saltem plerosque qui in Frisingensi familia leguntur versiculos ad ipsius Publilii auctoritatem revocari secure posse confidunt; immo pariter atque in Menandri Graecis sententiis aliorum quoque non poetarum tantum frustra, verum etiam prosae orationis scriptorum cogitata inesse suspicio sat gravibus firmatur argumentis. permagna enim monostichorum multitudo etiam nunc tam in scaenicorum poetarum reliquiis quam in Phaedri fabulis extat. atque translatum in nostrum corpus tenemus integrum Terentii v. 37 (cf. Monac. 47), lenissime inmutatos Laberii v. 338 (cf. append. 86 in *R*), atque Ennii tragici ut videtur v. 430 (cf. etiam Plauti Capt. 737), item factos saltem ad Terentiana

exempla v. 19 et 108. manifestum Phaedri imitatore[m] habes in v. 255 et 644. quid? quod etiam Horatio subreptus est v. 547. Catonis Censorii dictum subest versui 670, Ciceronis verba in numeros redacta v. 35 et 667, inflexa Quintiliani v. 534 et 553. Quamquam non nego posse cum ex his quaedam vel ex communi fonte vel vice versa e scaena in libros fluxisse tum maxime Senecam, quem constat mimi amantissimum fuisse, quae Syri versiculis (138. 238. 297. 352. 484. 572. 598: cf. append. 70. 84. 132. 152. 162. 297—305) similia habet hinc petivisse potius quam commodavisse poetastro. Accedunt vero multorum auctores Graeci et tragici (v. 36. 38. 192. 245. 328. 365. 468) et comici (Diphilus v. 636, Menander v. 49. 51. 61. 62. 83. 135. 143. 214. 330. 397. 471. 497. 537. 595. 601. 603. 617. 624). ac tragicum colorem vel sic agnovimus v. 275. Nec desunt inter gnomica vel proverbialia Graecorum dicta quae redeant apud Syrum nostrum: tamquam Socratis Seneca laudat sententiam v. 172 expressam, ad Aristotelem refertur v. 169, Plutarchea ad. v. 118 attuli, Demophili sententiam ad 669, paroemia ad v. 102. 103. 111.

Ergo varia acute et prudenter dictorum farrago undique collecta et numeris quantum fieri poterat conclusa est tempore incerto. quid ergo obstat quin ad vetustiore[m] Publilii aetate formam quaedam revocemus? ut *noenu* v. 494 restitui; nec veritus sum in appendice v. 30 *obiurigationi*, 65 *laudariis*, 267 *capier* et *rapier* admittere. quidve mirum quod etiam anapaesticus versus 213 et octonarii iambici v. 657. 666 (item append. 96 et herous append. 17) inlati sunt in syllogem?

Quae cum antiquitas fuerit amplissima, accidit primum, ut pluribus manibus exciperetur, itaque in breviora plura dilaceraretur, cuius operae documenta praecipua etiam nunc extant duae Frisingensis et Monacensis sive Turicensis collectiones, quamvis illius quoque familiae codicibus singulis sua quaedam propria sint. Ipsi vero versiculi summa scholasticorum licentia modo ad alios numeros, ut illa quae Ausonii nomine feruntur septem sapientium dicta, inflexi, modo interpolati et in prosam orationem eo consilio, ut videtur, diffusi sunt, ut praeter versus illos soluto etiam sermone conceptae

sententiae extarent sapientibus nimirum viris Socrati Aristoteli Zenoni Senecae aliis tribuenda. Itaque orta sunt, ut haec potissimum laudem, et Pseudosenecae de moribus et Caecilii Balbi, qui partim narratiuncularum involucris ornata apophthegmata, partim mera dicta collegit, florilegia, indidem autem denuo in versiculorum codices prosariae sententiae interpolatione translatae.¹⁾

Illud quoque quotiens factum esse putabimus, ut primae litterae causa inmutata sententiae verba sint? cuius mutationis exemplo sunt v. 326 et 628 comparati cum eis, quales laudavit Hieronymus, et 236 conlatus cum Senecarum testimoniis, vel 149 cum Caecilii Balbi loco. Variandi autem amplificandique libidine foedissime depravatum esse textum in Turicensi maxime libro cum constet, etiam in alterius classis codicibus nimis saepe ita corruptum offendimus, ut restitui certa medela non possit ac ne probabiliter quidem sine audacia sanari queat: e. c. 359. 392. 491. 503. 547. 583. 659. 660 sq. 663. 665. 669. 675 sq. 689 sq. Quid? quod ne eiusdem quidem classis libris satis convenit de singulis verbis, quae multo licentius quam in aliis scriptoribus fit et transponuntur et permutantur. Praeter ipsos autem versiculorum nostrorum codices quantum sibi indulserint compilatores intellegitur conlatis v. 36. 53. 132. 145. 235. 250. 384. 397 cum Caecilii Balbi quos adscripsimus locis, vel v. 176 cum appendicis v. 100, 286 cum append. 69. in cuius tamen sententiis sunt quae ad verbum conspirent cum Syri versibus, e. c. 112. 130. 131. 261. 286. 415. 500. 580. 651.

Quae si ita sunt, quis ausit contendere illa, quae singulis ad litterarum ordinem discriptis capitulis inde a littera N in quibusdam codicibus adnexa legimus, Woelfflinus autem proverbiorum nomine a ceteris distingui voluit, numquam numeris conclusa fuisse? quos tamen cum integros adeo servaverint app. 26. 27. 100, nec in v. 1. 5. 15. 23. 28. 31. 33. 40. 45. 47. 63. 64. 72. 74. 103. 112. 116. 117. 118. 120.

¹⁾ Novo hoc florilegiorum institutum exemplo Lugdunensium e Senecae tragoediis excerptorum, quae Fridericus Leo in Bonnensium philologorum commentationibus novissimis p. 29 sqq. edidit, inlustratum est.

121. 135 ita obscuratos habeamus, ut non facillima opera restitui possint, quid Publilio, quid aliis auctoribus tribuendum sit plerumque frustra quaeres, at cogitati acumen et stili concinnitatem ubicumque in his sententiolis sub interpolamentorum scrobe enitere animadverti, periculum saltem faciendum esse putavi, num possit aut genuina forma aut aliqua eius umbra e tenebris exsuscitari. nec id temere factum esse vel Menandreis, quae ad v. 4 et 125 adnotavi, Philemonis ad v. 53 exemplis sat probatur. eadem causa est aliorum, quae passim in singulis libris addita reperiuntur (app. 150—176) vel ex aliis quos supra indicavi fontibus (cf. 187. 227. 239. 256. 285. 296. 297) hausta sunt.

Non mirabimur igitur, quod *Varronianae* quoque quae feruntur sententiae similem originem ex parte saltem prodere videntur. Manifestum enim est ex Publiliana eaque sine dubio genuina (221) expressam esse undecimam: *sic flet heres ut puella viro nupta: utriusque fletus non apparens est risus*. Integer adeo Publilii v. 234 in Matthiae Farinatoris libro Moralitatum hoc nomine laudatur: *Varro in sententiis libro sexto* (n. 156 Ch. R.); redditurque Syri v. 44 sententia quamquam diversis verbis Varronianae 14: *semel dedit qui rogatus, bis qui non*; item Syri v. 42 his n. 21: *vis experiri amicum? calamitosus fias*, unde senarium vel sic efficias:

vis experiri amicum? monstrat calamitas.

Ergo deprompta esse ex monostichorum quadam sylloge haec quoque possunt, quae ad numeros suos licet revocare:

18 Nec persequi nec fugere fortunam decet.¹⁾

19 Fortunae potius imperes quam regibus.²⁾

35 Nullus est quod esse multorum potest.³⁾

36 Vir bonus, quocumque it, patriam secum fert suam.⁴⁾

67 Magnificum nil docebit qui didicit nihil.⁵⁾

84 Nil norit si quis aequè norit omnia.⁶⁾

88 Nescit quo tendat multas qui sequitur vias.⁷⁾

¹⁾ sequi V ²⁾ potentius imperare fortunae quam r. V ³⁾ multorum esse V ⁴⁾ suam secum fert V cf. Syr. 636 ⁵⁾ nil magnificum d. qui a se (ex se ipso Pat.) nil didicit V ⁶⁾ nil novit qui aequè omnia V ⁷⁾ qui multas sequitur semitas (vias Pat.) V: cf. 92.



- 92 Nusquám deveniet qui ómnes sequitur sémitas.⁸⁾
 96 Non míser est nisi qui míserum se esse existumet.⁹⁾
 129 Felícitas non sécum recipit míseriam.¹⁰⁾
 137 Non tám quae prosint, quám quae attineant cógita.¹¹⁾

Ne *Sexti* quidem illius, quas Origenes medio tertio p. Chr. saeculo Graece legit, mox quarto *Rufinus* presbyter in Latinum, ante sextum autem Syri interpretes duo in Syriacum sermonem verterunt, sententiae nullo cum florilegio nostro cognationis vinculo coniunctae sunt. nam cum e Menandri monostichis (463) petita sit Graeca 11 p. L in novissima Gildemeisteri editione, reddatque Latina 89 p. 14 G. versiculos duos Gregorii Nazianzeni II p. 606, alia dicta memorabilem in modum Publilianis quibusdam similia sunt: praeter n. 79 *hoc solum tibi proprium dicito quod bonum est*, quae ad Syri v. 379 adscripsi, vel haec exempla conferas: 83 *lingua maleloquax indicium est mentis malae* olim a Pithoeo in senarium hunc conclusa:

lingua ést maliloquax méntis indiciúm malae
 (apud Woelfffinum p. 126 v. 187: cf. append. meae v. 267)
 quae paulo etiam elegantius sic conformari possunt:

malfloqua lingua méntis indiciúmst malae.
 ad n. 90 ex Syrorum interpretatione: *nihil cuius tandem te poenitebit facias* cf. Publ. Syr. 111: *cave quicquam incipias quod paeniteat postea.* ad *Sexti* n. 93 (adde quae in Hermae vol. IV p. 88 composuit Gildemeister) cf. Publ. Syr. 132. Integer senarius quamquam certe non antiqui auctoris est n. 312:

malús vir non vult ésse providéntiam.
 Neque in illo n. 393:
 mentíri in vita décipere est et décipi
 quicquam mutari opus fuit.

⁸⁾ qui quot videt sequitur calles V; cf. 88 Seneca epist. 45, 1 ⁹⁾ non est miser nisi qui se esse credit (miserum putat Colb.) V ¹⁰⁾ non est felicitas quae secum r. m. V ¹¹⁾ tantum Pat. prosint Colb. prosunt Atreb. Pat. quam Atreb. sed Pat. Colb. cogita] considerentur (consideret Pat. Colb.) V

Nonnulla vero tam a numeris prope absunt, ut suspicari liceat Rufinum Latino quodam usum esse florilegio, unde leni mutatione ad prosam orationem conformatos versiculos deprompserit quos aut similibus Sexti sententiis supponeret, aut, ubi desideratur Graecum vel Syriacum exemplar, insereret adeo novos. Certe periculum in corpore vili ut fiat, proponam paucos mea coniectura refictos additis infra verbis ipsis qualia extant tradita:

- n. 10 G. Non mínimumst in vita hómīni mínima spérnere.¹⁾
 75 Quot ánimi vitia, vítae tot dominós habes.²⁾
 88 Non quód velis optándum, sed quod éxpedit.³⁾
 130 Nil dúc pretiosum, quód tibi auferrí potest.⁴⁾
 153 Tamquám veneno uténdumst tibi mendácio.⁵⁾
 161 Tunc lóquere, cum tacére tibi non éxpedit.⁶⁾
 165 Mélius est verácem vinci quám mendacem víncere.⁷⁾
 202 Nil tú malum putáto quod non túrpe sit.⁸⁾
 211 'Aliis si quis útitur male, útitur se ipsó male.⁹⁾
 226 Quí non dilígít sapientem, néc sese ipsum dilígít.¹⁰⁾
 237 Muliér pudica suí mariti glória est.¹¹⁾
 240 Sicút coerces véntrem, Venerem cóntine.¹²⁾
 270 Homo ís, quem venter víncit, similis béluæst.¹³⁾
 275 Non sápiens factumst ín quo libertás perit.¹⁴⁾

¹⁾ non est minimum in uita h. negligere minima *R* οὐ μικρὸν ἐν βίῳ τὸ παρὰ μικρὸν Boiss. I 131 ²⁾ quanta uitia habet anima, tot et dominos *R* ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσούτοι δεσπόται Boiss. I 131 ³⁾ opta tibi euenire non quod uis, sed quod expedit *R* εὐχον σοι γενέσθαι μὴ ἃ βούλει, ἀλλ' ἃ συμφέρει Boiss. I 122 ⁴⁾ nihil pretiosum ducas quod potest a te auferre homo malus *R* ⁵⁾ mendacio tamquam ueneno utere *R* τῷ ψεύδει ὡς φαρμάκῳ χρῶ Boiss. I 129: cf. Publ. Syr. 636 ⁶⁾ tunc loquere, quando tacere non expedit *R*: cf. Enn. trag. 132 sq. ⁷⁾ melius uinci uera dicentem quam uincere mentientem *R* ⁸⁾ nihil putes malum quod non sit et turpe *R*: cf. Publ. Syr. 423 ⁹⁾ qui hominibus male utitur, se ipso male utitur *R* ¹⁰⁾ sese] se *R* in fine diligit habet Cantabr. U, om. ceteri ¹¹⁾ m. p. gloria uiri est *R* ¹²⁾ prout contineris uentrem, ita et uenerios motus *R* ἐφ' ὅσον ἂν γαστρὸς ἄρξῃς, καὶ ἀφροδισίων ἄρξεις Boiss. I 131. ¹³⁾ homo qui a uentre uincitur similis est beluae *R* ἀνθρώπος γαστρὸς ἴσων ὁμοίος θηρίῳ Boiss. I 132 ¹⁴⁾ non est sapiens f. in quo l. aufertur *R*

- 296 Nil est bonum quod non sit commune omnibus.¹⁵⁾
 315 Quod sapit in te ipso, hoc quidquid est hominem puta.¹⁶⁾
 318 Quod animo noenu nocet, nec homini illud nocet.¹⁷⁾
 326 Qualés sunt mores, talis vita ipsa est tua.¹⁸⁾
 335 Onus corporis sunt membra, quibus non utimur.¹⁹⁾
 341 Quidquid agis causa gloriae, haec merces erit.²⁰⁾
 342 Quod das ut innotescas, das libidini.²¹⁾
 346 Quasi animi vestis corpus servandumst tibi.²²⁾
 386 Qui nullum laesit, nec timebit neminem.²³⁾
 443 Amicum certum simili similem deputa.²⁴⁾
 449 Intaminatum corpus custodi tuum.²⁵⁾

Denique quas in Syri sententias editas nuperrime protulerunt homines docti coniecturas fortasse iuvabit commemorasse: v. 75 *brevis summae ipsa est m. i.* Th. Fritzschius in Leutschii indice philologico n. 1872 p. 202; idem v. 90 in exitu septenarii: *filius vitam oderat*; 110 *consilium in dubiis inveniunt multi, docti se explicant* conl. v. 593; v. 248 *invidia tacite, manifeste ira nascitur* non male; v. 265 in exitu *facilius quam oculi ferunt* Augustus Luchs quaestt. metr. Plaut. (Gryphisw. 1872) p. 9, recte; v. 348 (quem plane proscribi vult etiam Luchs l. 1.) *magis is valet, qui nescit quid sit calamitas* Eduardus Becker stud. I 214; v. 412 *non semper*

¹⁵⁾ nihil bonum quod non potest esse commune *R* ¹⁶⁾ quod sapit in te, hoc ducito esse hominem *R* scias igitur illum quemcunque sensum, qui in te est, qui cognoscit et intellegit, hominem esse *interpr. Syr.* ¹⁷⁾ quod animae non nocet, nec homini *R* quodcunque animo non nocet etiam homini interno (universo *G*) non nocet *interpr. Syr.* ¹⁸⁾ prout sunt mores tui, talis sit (*om. IU*) et uita tua *R* οἷον τὸ ἦθος ἐκάστου, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις Demoph. 4. ¹⁹⁾ membra corporis sarcina sunt his, qui eis non utuntur *R* ²⁰⁾ quicquid egeris causa gloriae, haec erit merces facti tui *R* ²¹⁾ si quid dederis ita ut hominibus innotescat (innotescas *interpr. Syr.*), non homini, sed propriae libidini praestitisti *R* ²²⁾ uestimentum putato esse animae (animi *Syr. interpr.*) corpus tuum, mundum igitur id serua *R* cf. 449 ²³⁾ neminem laedens nullum timebis *R* ²⁴⁾ amicum deputa similem simili *R* τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον Aristot. eth. Nic. IX 33 ²⁵⁾ incontaminatum custodi corpus tuum *R* cf. 346.

faciles facilitas aures habet Luchs quaestt. metr. p. 9 quamquam totum versum in suspicionem vocans; 430 *nimum boni est mortali, cui nil sit mali* Fritzschius (nam hoc voluisse videtur, non quod operae oscitantia posuit a sensu et numeris alienum); v. 467 *perdis, non donas* (s. *perdit qui donat*), nisi cui donas (s. *donat*) est memor Luchs l. l.; v. 477 *perfacile est felix qui quae vovit impetrat* idem p. 11 dubitanter et parum feliciter; v. 592 in exitu *iniuriae detur locus vel detur locus iniuriae* idem p. 10. Non intellego quod Fritzschius proposuit *peccandi oportet odium non facias metum* append. 31.

V. 628 addendum est laudari antiqui dicti nomine ab Hieronymo ep. ad Paulin. LIII 10 hoc verborum ordine: *avaro tam dest* e. q. s., adhiberi liberius ab eodem ep. ad Theophil. his: 'eget semper qui avarus est: nescit mensuram cui tantum deest quod habet, quantum quod non habet' (cf. Aemilii Luebeck de Hieronymi auctoribus librum p. 115). Ad append. v. 311 accuratius indicandus est Orosii IV 9 p. 240, 1 Hav. locus, ubi haec leguntur: 'tertio anno, sicut semper indomitus furor cito periculorum obliviscitur, Servilius Caepio et Sempronius Blaesus consules, cum ducentis sexaginta navibus in Africam transgressi universam oram maritimam, quae circa Syrtes iacet, depopulati sunt.' atque ipsa verba, quae ad numeros duce Fabricio redegi, non aliter ac supra descripsi Laurentianum cod. 65, 1 exhibere comiter me docuit Zangemeisterus noster.

In *fabularum indice Plautinum* titulum PAGON mutare ausus non sum, qui cum semel apud Varronem de l. l. VII 61 et sic scriptus in *pagone* exhibeatur, Pio visus est *Phagon*. cuius coniecturae ut facilius adsentiar quam Ritschelius Parerg. I 151 et mus. Rhen. X 447, eis moveor, quae in vita Aureliani c. 50 leguntur: 'erat quidem rarus in voluptatibus, sed miro modo mimis delectabatur. vehementissime autem delectatus est *Fagone* (*fagoriae* et *fagorie* codd., corr. Salmasius), qui usque eo multum comedit, ut uno die ante mensam eius aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellum comederet, biberet autem infundibulo adposito plus orca,' ubi in Palatino. m. 2 adpositum est

scholion 'proprie nomen mimi edacis.' praeterea cf. Isidori Varronis sat. 529 B. glossa 'phago, cibus' et Ceterum consentaneum est Graecum titulum non ab ipso Plauto ortum esse. Conieci aliquando in *plangone* scribendum esse titulo a nomine *παιγγών* (pupa) ducto. de *Paphlagone* Hertzius cogitavit.

Atque hic poteram in litore exoptato ancoram iacere, nisi, dum lentae operarum manus tardo progressu nimis iam onustam navem provehunt, novam etiam moram et nauseam adferrent *Madvigii Adversaria critica*, quorum his ipsis diebus alterum in manus meas devenit. qui cum senex effundere plena coniecturarum horrea instituerit, ne scaenicos quidem poetas Latinos immunes ingenii sui esse voluit. at vero his saltem si pepercisset vir merita in emendandis prosaicis scriptoribus auctoritate pollens, sed numerorum praeter dactylicos erubescendum in modum rudis, prisci autem sermonis ac stili parum gnarus, nec in Nonii libris tractandis satis exercitatus, ne ille suo ipse nomini pepercisset magnopere. Nunc ingenue ut profitear, pudet fere puerilia saepe principis in arte qui haberi vult commenta in medium proferre, inter quae paucissima sunt, quae vel tolerari patienter possint: profero autem, ut quo tandem ille iure in omni fere criticae artis genere arbitrium sibi adrogaverit, uno exemplo appareat. Atque in *Caecilii* v. 49 *nisi quis est qui scribi iussit*, p. 667 non male per se, sed praeter necessitatem.

141¹ Integrum senarium cum hiatu *facinorum famam occultabat factio* Philumenae obtrusit p. 661.

148 *quae mihi quidquid placet, eo privatam me it; me servat suum* p. 591 numeris nullis, sententia insulsa. Menandro autem quod talia restitui iussit:

λαβείν ἐμ' ἑκκαίδεκατάλαντον καὶ γένους
οὔσαν παχέος· εἴτ' ἐστὶ τὸ φρύγαμ' ὅπως
γένοιτ' ἂν οὐκ ἀνυπόστατον; μὰ τὸν
Ὀλύμπιον κ. τ. λ.

novo exemplo monstravit quantum a Graecorum quoque arte scaenica eius abhorreat disciplina. In altero Menandri fragmento idem scribendum putat:

κυρίαν τῆς οἰκίας
καὶ τῶν ἀγρῶν, καὶ πάντ' ἐκείνης· [ἔστι δ' ὧν]
ἔχομεν, Ἄπολλον, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον.

*Turpili*i versum 15 intolerabilem *timere occipi et interdum mussitauer* edolavit p. 662.

88 sq. Optimos baccheos incredibile quanta artis inscitia in horridos senarios mutaverit sermonisque et sententiae integritatem corruerit p. 667 sic:

satin', ut meum
cor sé voluptatíbu' det, immortalitus
sese óbtulit mi haéc facultas?

V. 186 foede ab se in prioro volumine deturpatum cum sero intellexerit, non multo tolerabiliorem nuper in vol. II p. 652 talem proposuit:

meretrices ad me *dé vicinitate aliquae* convenerant
nec in caesurae defectu nec in anapaesto pedis sexti offendens
neque mutandi audaciam ullo argumento excusans.

Versum 201 in exitu scribendo *quaeque huiusmodi* p. 662 septem scilicet senarium pedibus ditavit; in sequenti his *vitia .. invitari solent* sententiam pervertit.

Pall. inc. inc. 30. In Ciceronis verbis *dissimulare non sinit, qui* (i. e. quo) *delecter* pro tradito *quia* scribi iussit p. 190 infelicissima, ut mihi videtur, et plane temeraria opinione: nam sanissima sunt quae in libris leguntur.

Apud *Titinium* v. 22 *adpensam lanam qui* p. 664, haud male.

93 *quor*, ut ipse scripsi, Madvigius quoque p. 667, qui tamen septenarium cum non agnovisset, senarium in *mei* pronomine clausit.

167 togis *cur* candidis, tunicis *ut* sordidis sint, *édicis?*
p. 668 plane pueriliter.

In *Afranii* v. 17 *accubuisse* etiam Madvigius p. 656 coniecit.

55 sq. *leti unum genus Cognovi, nationes morborum* idem p. 656 sententia absurda, numeris quantum quidem sentio nullis.

203 *nolo hic te videat dominus; st!* idem p. 662 inutiliter.

237 *accipe tu hanc tegetem* idem p. 657 (vide adnotationem meam).

317 in exitu *supplicium tradidit*, 318 initio *quid me est animi exercitius?* idem p. 653 sententia loci non enarrata.

372 *tum morigeram, tum me morosam praebeo* idem p. 665: et ictus corrumpit et quod prisci sermonis proprium est duplex *dum* temere removit.

382 *nulla*] aut *multa* aut potius *alia* p. 653 scribendum censet: immo quaerit sane mala aetas multa delenimenta, sed *invenit* nulla, id quod superioribus iam versibus satis significatum est: 'si *possent* homines delenimentis capi' e. q. s.

In *Pomponii* v. 161 *verre, sume* p. 667.

AD TRAGICOS ADDENDA.

Reliquum denique est ut quid in tragicos meos duobus his annis ab hominibus vel doctis vel minus doctis conlatum sit studiorum breviter enarrem atque recenseam. Ac primum quid debeam eis, qui publice iudices libri mei extiterunt, videtur profitendum esse, deinde per saturam sumbolas ceterorum perlustrabo.

Iudicium autem non malignum de priore volumine tulit in Leutschii indice philologico anni 1872 p. 286 sq. anonymus, qui, nisi egregie fallor, aut idem aut ut lacte lacti similis eius est, qui meletematis Plautinis ante aliquot annos accusativos *med* et *ted* acerrime, sed infeliciter persecutus est. Nam hic quoque totus in eo versatur, ut cum has tum ablativos in *d* exeuntes fastidio nescio quo undecumque potest expellere conetur; et dubia quidem in toto hoc genere, maxime vero in frustorum misere habitorum laciniis nimis multa

esse nemo profecto me ipso magis experiundo didicit. quibus tamen ex fluctibus ut emergamus paulatim non negando et timendo pervenimus, sed periclitando circumspecte ac fortiter. ergo nil profuit his litteris homo ille doctus eo, quod multa quae conieci sibi non probari causa addita nulla significavit. quae autem ipse in medium protulit longe maxima ex parte repudianda sunt.

Displicent accentus quos commendavit in Pacuvii v. 179 sq. *hábet hoc senectus in se, cum pigra ést ipsa, ut spisse ómnia Videantur confieri*, ubi male effertur est, latet in thesi ipsa, nec ionicus *videántur* elegans est. sat leni remedio octonarios iambicos efficere poterat tales:

habet hóc senectus in se, cum pigra ípsast, ut spisse ómnia videántur ei confieri.

Satisfecerunt eidem tradita (Pac. 237) sic per duos versus distributa: *qua super Re interfectum esse Hippotem dixisti* vel adeo per octonarios trochaicos credo *qua super re Interfectum* e. q. s. tam illa utroque modo languida atque elumbia, ut numeros nemo nisi monitus sentiat. Nec laudaverim quos iambis meis substitui iussit creticos apud Accium v. 85 *án mala aetáte mavís male mulcárier 'Exemplis ómnibus*. Plane inauditos nec mihi quidem audibiles, ut ita dicam, trochaeos scilicet prae creticis meis commendavit Ennii v. 76 *áukílio áúli áút fugáe fráta sim*, quae sane alii mortales pro creticis, quales pridem vulgati fuerunt, habebunt.

Praeterea senarios quosdam me non agnovisse fortasse minus miratus esset, si vel adlitterationis, quae in Naevii v. 48 cernitur, vel accentuum ut apud Ennium v. 288, vel nexus, quo vicina inter se frustra contineri volui, rationem habuisset, e. c. in Ennii v. 102 sq., quae ex eadem narratione, unde huius fabulae fr. IV. V. VII. VIII sunt, sumpta esse apparet, et apud Pacuvium v. 241 sq. (conl. fr. XX et XXI, quae praecedunt). Eadem causa fuit cur in Ennii v. 385 trochaeos praetulerim, nam senarium per se manifestum olim alii discripserunt. Ceterum optio ubi data erat, malui *capút* (Enn. 103) *aétas* (Pac. 242) *cápsit* (Acc. 454) quam *capsít, capút, aetás* initio versuum ponere.

Tria proposuit censor quae saltem non abhorrere a probabilitate videantur: apud Livium v. 26 *égo puellum intércā*, in Pacuvii v. 410 extremo *satietas capier potest*, in Accii v. 515 *mé uti*.

Alter qui in Zarnckii ephem. litter. 1872 p. 422 sqq. censuram primi voluminis breviter egit anonymus pauculas quasdam illi admonitiones aspersit, quas hic subiungam.

Ac primum quod et ablativos in *d* exeuntes Ennii Pacuvii Accii reliquiis inlatos et modestissime in adnotatione ad Accii v. 146 propositum *praed* vituperavit, quoniam novum argumentum attulit nullum nec quanta docti viri auctoritas sit aut ex litterula *ω*, quam nominis vice fungi voluit, sciri aut ex inventis eius divinari potest, causam idoneam esse non video, cur coniecturas, quas incertas esse numquam dissimulavi, retractem.

Livii v. 18 initium idem [et Bergkii Philol. XXXIII 280] hoc esse vult: *confluges ubi*, nec librorum scripturas nec ea, quae ad Naevii v. 58 adnotavit scholiasta Lucani, nec Buecheleri disputationem satis curans. In eiusdem v. 9 *deo dicat laudem lubens*, ut quod facile cuiquam in mentem veniat, non sprevissem, si *dicare laudem* locutio usu vel ratione sat comprobata esset.

Perperam et temere in Ennii v. 243 'templum Cereris ad laevam *spice*' coniecit, quasi *aspice* non vel uno v. 302 satis firmaretur. nam v. 237 quod Iuppiter invocatur 'quia res omnis *spicis*' (si quidem hoc uti voluit exemplo: quod enim laudavit Pac. 54 omnino hinc alienum est) toto caelo illud quidem diversum est. Apud eundem v. 302 prae illo quod Ciceroni debetur *invocant* languidum et vile est simplex *vocant*; atque omnino falsum, Graeca *τοῦτον νόμῳ Ζῆνα* suis ad verbum interpretari voluisse poetam.

V. 361 quod conlato v. 256 suppleri sic iussit: *at cupita cupide cupere numquam desinit*, id quidem ludere est, non emendare. nam in Cicerone versamur, qui ubi scaenicos poetas laudat saepe discerpit suoque sermoni lacinias etiam versuum omissis mediis inserit. nec facile adducor ut credam bis in tragoediis Ennium eidem verborum adaccumulationi indulsisse.

Apud Pacuvium v. 239 '*quid me insueto*' quod ille prae-

cipit non propius abest a Diomedis et Pompei corruptela qui quam in ceterorum auctorum (inter quos Varro) libris traditum *quae*, quo ad sententiam melius quadrare nil potest.

Ambiguum esse de Accii v. 74 iudicium etiam nunc sentio: vix enim minus violenter mutatur *exinde* (quod et sententia et praet. v. 25 *exim* tuetur) quam expellitur ut otiosum *meus*. certum tamen hoc est falso *indaudies* hic scribi. nam *inaudiendi* notio, quam Bentleius etiam ad Ter. Phorm. V 6, 37 sensisse magis quam explicavisse videtur, cum adnotaverit 'esse rem prius occultam et celatam fando audire', ita videtur definienda esse, ut quod quis fortuito aliud agens audivit inaudivisse dicatur. sic enim intellegendi Plautini loci hie: mil. 211. 442 Most. 542 Merc. 941. 944 Stich. 77 Aulul. II 2, 88 et Capt. prol. 27, praeterea Pacuv. 35 Afran. 68 Nov. 56, Terentii l. supra l., Ciceronis ad Att. VI 1, 20. XV 26, 1. XVI 1, 2. ad fam. IX 24, 1. fragm. apud Nonium p. 126, 18. ex quibus illi maxime considerandi sunt, quibus clanculum vel furtim vel subito aut improviso vel ex parte tantum vel minus certo aut diligenter audita innuuntur: ut Aululariae loco 'crédo ego illum iam inaudiisse mihi esse thensaurum domi', quod qui audire potuerit Megadorus nisi Euclionis subfuratus sermones? et eodem referendum quod ille apud Afranium cavere iubet 'ne ille inaudiat'. item senem Tranio in Mostellaria metuit, ne de sumptibus filii insperato 'quipiam inaudiverit'. Modeste ille in armorum iudicio Pacuvii loquitur 'quod ego inaudiui accipite', neque enim omnia ex ordine et certo se narrare posse profitetur. 'Repente' additum etiam est apud Novium: 'unde hoc tam repente Iucundum inaudiui melum?' Iam quis non intellegit quam absurde apud Accium ille, qui data opera narraturum se esse quidquid sciat alteri, quem sollicite quaesivisse consentaneum est, promittit, sic loqui putetur: *quae scibo indaudies*. Ceterum eadem praepositionis *in* significatio, qua incidisse actum verbi in aliam rem intellegi iubetur, vide an etiam ad hoc Suetonii exemplum Tib. 39 adhibenda sit: 'incenante eo complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt,' scil. dum forte aliquando cenabat, accidit ut saxa delaberentur.

Leve, sed non rectius, si quid sentio, est quod apud Accium v. 80 anapaestos tales *o dūrum, o hostificumque diem* e. q. s. proposuit censor, postquam ego in adnotatione hos *o dūrumque hostificumque* e. q. s. commendaveram. nam in interiectionis *o* repetitione quis copulativam *que* particulam alteri membro additam tolerabit?

Ridiculum prope quod receptam apud eundem Accium v. 179 *Froegiae* formam correpta quidem diphthongo metiendam ideo reprobavit, quod *Amoecum* Palatini scripturam in Vergilii Aen. XII 509 textum non recepissem. quasi aut refutavisset homo doctus quod olim aliis probavi, ipsum Accium *oe* diphthongum pro Graeca *T* in libris suis scripsisse aut Vergilium docuisset eiusdem consuetudinis, quae in plebis ore remansit, sectatorem fuisse.

Pusilla diligentia, sed vere fortasse monuit *sacsei* scripturam (nam hoc eum voluisse conicio) latere in *sacsi* litteris, ubi in textu Pacuvii v. 11 *saxi* nimirum editum est. sed illud potissimum poetam reliquisse quis spondeat?

At verissime typhothetae errorem correxit, quo in Ennii v. 280 *clāret* expressum est, cum *clarēt* senarius flagitet. temeraria tamen et aperte falsa coniectura in Nonii lemmate '*clara sit*' pro tradito '*est*' scribi iussit. hoc ipsum enim duobus exemplis probare voluit Nonius, *claret* et indicativum esse et coniunctivum: atque indicativus a clarendi verbo certissimus est in Turpilii v. 152, coniunctivum in Ennii loco agnoscimus. ergo servandum: '*claret, clara est vel clareat.*'

Restitutum verborum ordinem in Pacuvii praet. 4, quem nescio quo memoriae lapsu Buechelero deberi adnotaveram, Fleckeiseno (misc. crit. 42) merito vindicavit; atque etiam *Gulielmii* nomen saepius *i* vocali non suo loco post *l*, sed post *u* expressa docte castigavit.

Vera et gravia frustulorum vulnera medicam censoris manum experta non sunt.

At hercle mihi fere ipse subirascor, quod ex *Rudolphi Ellis*, viri humanissimi, qui in Academia Britannorum ephemeride anno 1872 p. 177 sqq. admodum urbanum de libro meo iudicium tulit, fructus quos vellem percipere nescio. Videant

alii quomodo cum arte poetarum tragicorum qualem novimus conciliari possint vel senarii trochaici, quos ille finxit, Livii Andronici v. 16 sq.

praestatur virtúti laus, gelú set multo
ócius ventó .. tabescit

vel cretici Accio v. 558 sq. inpositi, quos ne metiri quidem possum, vel numerorum mixtura, qua Ennii frustum compositum esse perhibetur (v. 156 sq.):

dúc et quadrupedém iugo
invítam doma ínfrena et iúnge,
válet equorúm tenacia ínfrenarí minis.

vel bacchei cum anacrusi Naevio redditi (44 sq.):

nam ut ludere
lae|tantís inter sé vidimús praeter annum
cre|terrís sumere aquam éx fonte

vel simplices bacchei apud Accium v. 464 tales:

quid si éx Graeciá

omni íllum par némo reperíri potést?

vel denique septenarius Pacuvii v. 208 sq. sic continuatus:
fác ut coepsti hanc operam mihi des perpetem, oculis traxerim
(i. e. quasi hauserim oculis).

Nam ne de sermone quidem sensuumque colore illi aetati et poesis generi apto cum satis inter nos conveniat, satis agnoscere non possum aut mutationum facillimarum virtutem aut servandi traditas litteras modestiam. An aliis satisfacient e. c. Enniana haec (132 sq.)?

tacere opino esse optimum et pro viribus
sapere atque fabulari ut tute noveris

(‘in accordance with one’s own knowledge’).

Nec sine nimio fastidio tolerare equidem possum Pacuviana v. 200:

neu reliquias *semiessi* sireis d. o.

Inter ea quae servari iussit, e. c. apud Ennium v. 360 *pati*, apud Pacuvium 72 *super satis agere*, 73 *concertare ac d. partem dat cursum a.*, 75 *domitum* (quasi inpositum) *imperium*, 162 *per penuriam*, 163 *subaxit* (supra v. 161 coniecit: *quo iam me i. o.*), 194 *haec* (= ‘these parts’), 197 *somno sus-*

penso, 330 *in tutelast traditus*; apud Accium v. 494 *somno* (simplicem ablativum), non negaverim recte defensum videri Pac. 102 *auram* (vaporis notione).

Iam totam in me criminum, immo iniuriarum aciem derexit non adversarius, sed infestus atque inimicus, quamquam nulla re, nisi quod eius praecepta non usque quaque sector, a me laesus, *Theodorus Bergkius*, qui in Philologi vol. XXXIII fasciculum secundum criticas ad tragicos Romanorum poetas adnotationes plurimas, sed longe maxima ex parte futiles aut perversas, quasdam etiam ridiculas inseri iussit (p. 249—313). Cui uberius pro insignis operae virtute respondendi alius locus commodior erit: hic tamen ad singulos locos inter aliorum coniecturas eius quoque commenta commemorare et ubi opus esse videtur breviter refutare sat habebo.

Livii v. 9 *sollemnitusque ade* (i. e. adde) *Opituli laudes lubens* Aem. Baehrens ann. phil. 1872 p. 621.

v. 12 *is sese* idem l. l. 841.

Naevii v. 7 *ei mihi! iam vitreo* (s. uero) *fonte* idem l. l., sed exclamatio ista in tali sententia quid sibi velit non intellego.

11 *neque ea quam* Bergkius l. l. 258.

19 *passo velo vicinus Aquilo me e portu feret foras* inelegantissime Madvigius Advers. II 664.

Acsiona verum tragoediae Naevianae nomen ut librorum scriptura indicatum ita testimoniorum Varronianorum ordine alphabetico certissime demonstratum, comprobatum autem exemplo tituli CIL II 2223 docuit Buechelerus mus. Rhen. XXVII 475.

21 *inlaesae* Bothio debetur, idemque *aliae* pro *alte* scribere recto iudicio noluit: *aliae* . . *inplexae* Bergkius l. l. 262 quod coniecit, multo minus probari potest.

26 Pro eo quod Scaliger restituit *ubi* scribi *ut* iussit Baehrens l. l. aliena ab huius aetatis et generis scriptoribus significatione loci.

32 Fortasse *utin* coniungendum et interrogandi nota ponenda.

37 Aut *potitu's* in senario aut in septenario *potiti estis* cum hiatu scribi vult Ed. Becker stud. I 151, neutrum ut mihi persuaserit.

42

sed quasi amnis *obvices**Rupit, sedata tamen* inflexu flectitur

Bergkii l. l. 254, quam scilicet temeritate admirabili simplicissimam dicit esse emendationem.

44 sq. nam ludere ut laetantis praeter amnem inter se vidimus,

cretérris sumere aq̄am ex fonte

idem p. 277 hypercatalectis *nam ludere ut laetantis inter se videmus praeter amnem* repudiatis. Nihil agit aq̄am trisyllabum scaenicis obtrudens.

47 Conieci *sic sine ferro pecua manibus sueta ut ad mortem meant.*

49 *proin Dusdriante* Bergkii l. l. 281, etiam mortuum infelicis filii patrem isto nomine praedicari potuisse prava opinione statuens.

57 cum Naevii com. 120 idem l. l. nimia temeritate sic conflavit:

risi égomet mecum cassabundum ire ebrium:

diábathra in pedibus, erat amictus epicroco.

58 senarium idem l. l. 280 effinxit:

in móntes, ubi se venti frangebant loci

Isidori glossam nil curans.

63 *dice id quid sit* Studemundo auctore Ed. Becker l. l. 174: qui cur *dice quid id est* spreverit, intellegas ex adnot. 2 ad p. 129.

Apud ENNIVM v. 2 sq. post pessimos creticos senarium sequi vult Bergkii Philol. XXXIII 282:

pér ego deum súlimas súbiices húmidas,

unde óritur imber sónitú saevo et spírítus.

22 *atra bilis mihi minatur* et v. 23 initio *vae!* coniecit idem l. l. 283, quae num Ciceronianis, quorum se patronum exhibuit, persuadere possit expecto. ne ipse quidem probavit quae in mentem venerant haec: *atram bilem* vel *atribilem mihi m.*

Falso a se v. 32 et 25 sq. conglutinata fuisse nunc saltem intellexit idem l. l., tamen et octonarios trochaicos retinet et mirum istud *in taeda* (sive *taedeis*) *adsunt*, non animadvertens taedarum expressam mentionem versu demum 28 fieri.

30 *arcum auratum lunat nixus* (vel *innixus lunat*) idem 285 a vero aberrans.

34 *abludit* Vertranii coniecturam commendat Madvigius Advers. II 171, quem fugit *ab ludis* . . . *expectantes nuntium* coniungenda esse.

40 *virginal modestia* turpissima amphibolia Ennium donavit Bergkii Philol. XXXIII 255.

55 Traditum *iudicavit* Buechelerus l. l. 477. Dracontii auctoritate firmavit, qui in nuper reperto de raptu Helenae carmine Paridis iudicium, ut etiam in tragoedia fingi par erat, ante Cassandrae vaticinia factum esse narrat.

Non concluderem distinctione sententiam in v. 73 sq., copulare autem in binis secundarii enuntiati a vocula *ubi* pendentis membris diversa tempora perfectum et praesens cur Ennio minus licuerit quam Accio, qui v. 54 sq. perfectum et plusquamperfectum composuit? notumque tironibus quae omnino latini sermonis in hoc genere libertas fuerit. ergo temere Baehrens l. l. *puerum uti laverent* proposuit.

Ex cantico Andromachae v. 83 'vidi ego te astante ope barbarica', 86 'haec omnia videi', 89 'ex opibus summis opis egens H. tuae', 91 'vidi, videre' e. q. s. colorem traxisse videtur Porcius Latro in controversiarum Senecae II 1 p. 153, 19 sqq. K. 'vidi ego magni exercitus ducem sine comite, fugientem, *vidi* . . . limina deserta . . . nam quid *ex summis opibus ad egestatem* devolutos loquar?'

98 sq. Multa frustra ariolatus Bergkii Philol. XXXIII 289 commendat haec

filiis propter te obiecta sum innocens *Nereidibus* sententia inepta, sermone vix Latino. Idem in Priscianum loco inscite grassatus novum eiusdem fabulae frustum *quae talis est gnatis tamen vel quaen talist gnatabus suis* procreavit, quibus de nugis iudicium alibi tuli.

101 *torporaret* Bergkii p. 289, temere.

131 *arrigunt] fulgoriunt* Bergkius p. 290, septenarium, ut videtur, trochaicum dimensus, cuius prima dipodia et ultima arsis desit.

142 *auxilio* cum Vossio scribi iubet A. Luchs stud. I 71, quod sententiae ratione ut commendari pridem sensi, ita exigi nego.

156 sq. Turpissima vel in tirone numerorum inscitia Madvigius Advers. II 665 haec procludit:

duces quadrupedum
iugum invitum domans freno et fune valido,
quorum tenacia *infringi* minis nequit.

Nec magis satis faciunt verba.

192 *ecquis autem malitia te?* Bergkius Philol. XXXIII 290.

241 Choriambos idem l. l. 279 edolavit hosce:

utinam nec umquam

Medea, Colchis cupido corde pedem extulisses quos Euripideis scilicet (v. 314 sq.) similes haberi vult.

256 Non male idem l. l. 220:

stultus est, qui *nec cupienda* cupiens cupienter cupit. Cum v. 265 conferendus Mercatoris Plautinae v. 176 'tu quidem *ex ore orationem* mi eripis.'

280 *adstet* et in exitu *mehe* Bergkius p. 290.

282 *deum me retinet* proposuit Baehrens l. l., quod non longe abest ab eo quod in Coroll. p. XXXII concessi tolerari posse, quamvis verum esse diffidam *deum me vetat id.*

287 *cedo et abeo hoc cum vestitu* Madvigius Advers. II 668.

295 Spreta omni pronominis *ipse* mutatione ex creticis et trochaicis versum compositum esse putat Bergkius Philol. XXXIII 274.

297 *parat] curat* a Studemundo commendatum probabilius quam quod coniecit A. Luchs stud. I 70 *vorsat.*

301 *fracebunt* Bergkius p. 291, quod ipsum pridem in corollario p. LXXV proposueram.

348 Spreta praeclara, quam in textum recepi, emendatione Baehrens l. l. admodum infeliciter *acro locavi* coniecit. Item *locavi* Bergkius p. 291 servandum esse inani contentione

adseverat ut quod in prologo nescio quo fabulae, quam ne ipse quidem indicare potuit, potuerit locum habere.

351 *suarum rerum inertes* Bergkii p. 292, inepte quidem: displicuit ipsi *summarum suarum rerum*.

354 *in dies*, quod proposuit A. Luchs stud. I 66, consulto repudiavi. Hecubae exemplo alterum est addendum ex Baccharum cantico 910: τὸ δὲ κατ' ἄμαρ ὄρω βίωτος Ἐυδαίμων, μακαρίζω.

361 *potest* (sive *potest*), *numquam cupere desinit* pro clausula iambica chorici carminis habet Bergkii Philol. XXXIII 274, quasi integra et absoluta esset sententia.

366 sqq. Bergkii p. 292 misere corrumpit in hanc formam:
ut homo, qui erranti comiter monstrat viam,
quasi lumen de suo lumine accendit: faces
nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit.

V. 379 laudare Cicerone usum Hieronymum ep. ad Theophil. LXXXII 3 t. I A p. 314 ed. Vall. monuit Aem. Luebeck in libro de Hieronymi auctoribus p. 109: 'antiqua sententia est: *quem metuit quis odit: quem odit, perisse cupit.*'

393 Bergkii l. l. 294, ut seorsus ab aliis sentiat, hexametrum in fine mutilum

vocibu' concide *et face* musset obrutus
 praefert alienumque a tragoedia esse censet.

396 Adsumptis Varronis verbis idem p. 293 septenarium inani supplemento auxit pravumque pedem temeraria mutatione intulit; scripsit ni mirum:

.. in terram cadentes cubitis pinsebant humum.

In praetextatis v. 2 p. 279 Buechelerus mus. Rhen. XXVII 477 narrat sodalem suum quendam praeter ea, quae ipse coniecit, *cunctat* servari et *tute* intellegi velle 'caute'.

5 Iulium Victorem Bergkii Philol. XXXIII 294 temere statuit apud auctorem suum repperisse: *ut Sabinae apud Ennium* vel *ut Ennius Sabinas fecit dicentes*.

Indagatam a Th. Roepero in commentatione Gedanensi a. 1869 praetextatam scilicet Ennianam *Scipionem* quod ne mentione quidem dignam habuerim non sine indignatione nuper in Leutschiano indice philologico vol. V p. 55 miratus

est adulescentulus puto nescio quis, quales in palaestra ista tirocinium insolenter saepe balbutientes ponere solent. et quamquam verendum vix est, ne perito cuiquam tam inanis coniectura inposuerit, tamen, ne doctissimi viri auctoritatem spernere videar, breviter quid de Scipione poemate sentiam exponam. Ac primum paucae illae quae extant (apud Gellium IV 7 et Macrobius Sat. VI 2 et 4) certo testimonio inde excerptae reliquiae eo inter se plane congruunt, quod et intra merae narrationis vel descriptionis fines continentur et eodem metro, quadrato nimirum, comprehensae sunt. est autem horum versuum ars plane diversa a scaenicorum septenariorum licentia. nam neque solutas arseos quae vulgo dicitur syllabas neque vocabulorum mensuras, quae in scaena regnant, in illis offendas et Graecanica diligentia servatos plerumque saltem in sedibus imparibus puros trochaeos reperias. atque ad eandem normam (quam raro soluta arsi non mutari sentio) Epicharmi quoque Enniani numeri videntur excussi fuisse. unicum vero frustulum illud, de cuius genuina forma totiens inter doctos dubitatum est, dubitari certe non debebat quin unius continui, non plurium versuum sit. testatur enim ipse Servius ad Aen. XI 601: 'est autem *versus Ennianus* vituperatus a Lucilio dicente per irrisionem, eum debuisse dicere *horret et alget*'. qui in quo saturarum libro exemplo illo usus sit, testatur nemo. quae cum ita sint, manifestos in hoc quoque frusto retineo trochaeos, cumque Vergilium his 'ferreus hastis Horret ager' Enniana imitatum esse adnotet Macrobius, septenarium Rudini poetae hunc fuisse conicio:

spársus hastis lóngis campus spléndet horret <férreus>
quem Lucilius in librorum XXVI—XXIX aliquo sic in exitu
perverterit, ut scribi iuberet *horret alget ferreus*. nam asyn-
deton verborum notum est quam vetustis poetis sollemne
fuerit, *sparsus* autem et numeros puriores et sermonem con-
cinniorem reddit. displicuerunt Lucilio singuli pedes trochaici.

Accedit quod Suidae quoque s. v. *Ἐννίος* verba haec
*Σκιπίωνα γὰρ ἄδων καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τὸν ἄνδρα βουλόμε-
νός φησι μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν*

Ἐπιώνος, si ad poema Scipionem recte referuntur, propter *canendi* verbum et *Homeri* laudem non possunt sana interpretatione nisi de epico carmine intellegi.

At enim quadratus versus inauditus in tali poematum genere. quid tandem? nonne vel maxime militaris, ut ita dicam, ille numerus erat? quo et Archilochus in bellicis carminibus (cf. fr. 54—56. 58—62. 66. 68 B.) et in triumpho progredientes milites Romani ad duces suos vel extollendos laudibus vel cavillandos usi sunt. scaenico autem poetae, qualis priore potissimum aetatis tempore fuit Ennius, quod magis quasi in promptu fuisse consentaneum est metrum, quam quo totiens agitato fabularum sermones instruxisset? Ac narrationes sive descriptiones hoc potissimum conclusas apud Ennium habes v. 6. 36 sq. 100—106. 145—147. 150—154. 268. 313. 325. 369 sqq.; praeivit narrationi interrogatio v. 68. Ergo reduci ex Africa Scipioni gratulatus poeta est carmine, quo tamquam commilito aliquis res praeclare ab eo gestas enarrabat. nam heroicis versus vel nondum attigerat anno 552 vel servare divino annalium operi constituerat. ergo a Saturniis Naevii numeris quasi transitum ad longos versus sibi munivit brevioris opusculo quadratis composito. Cetera autem quae *de Scipione* dactylicis versibus cecinisse traditur (falso inter saturas a Vahleno p. 157 relata) annalium reddenda sunt libro nono (cf. mus. Rhen. X 285 sqq.).

Haec omnia cui sobrie ac probabiliter disputata esse videbuntur, Rhabani Mauri, si dis placet, testimonio non amplius abuti audebit. qui omnino de Ennio ne *ῥῶν* quidem testatus est. quod autem additum in commentario eius ex Diomedis arte exscripto praetextatae nominibus legitur *Africanus*, posse quidem aliquando hoc quoque titulo praetextatam fabulam a poeta aliquo scriptam fuisse quis neget? sed tanta licentia in excerptis istis veteris grammatici cum ordo rerum confusus tum singula verba mutilata mutata interpolata sunt, ut ne istud quidem additamentum quidquam fidei mereri videatur. nisi forte, ut uno exemplo defungar, illa quoque de dramate, quae Diomedis verbis, qualia apud Keilium p. 491, 14 ad codicum fidem expressa sunt, addita apud Rha-

banum leguntur, ex integriore grammatici libro servata esse tibi persuadebis: 'est ergo sermonis cuiuslibet motus sine reverentia vel factorum et turpium cum lascivia imitatio' (nam sic ut in nostris exemplaribus mutilata ibi quoque extant), '*quia quaedam fabulae a poetis graecorum ita componebantur, ut aptissimae essent mortui corporis*'. tali nugatori quis credet? neque credit Welckerus, qui in libro de tragoe-diis III 1346 Africanum suum reliquit Rhabano.

Augere tragica Ennii fragmenta Bergkius studuit laudatis ab auctore belli Hispaniensis c. 31 verbis, quae numeris talibus scilicet dimensus est (Philol. XXXIII 294):

pés pede premitúr, teruntur ármis arma.

Sed prudens nemo dubitabit quin annalibus (v. 559) relinquenda sint. Eisdem dempsit locum a Varrone de l. l. VII 48 explicatum, quem O. Muellerus hexametro conclusit (annal. 9), ille (p. 275) anapaestis apta esse censet. neque de numeris pugno: id tamen scio, in his quae proposuit

quaeque in corpore cava caeruleo

coeli cortina receptat

adversari Varronis doctrinae ('cava cortina, quod est inter terram et caelum') istud *coeli*, in cuius locum substitui possit *fundo*.

Apud PACVVIVM v. 20 *mei* Madvigius Advers. II 659 praecepit vana coniectura, nam pro una notione est *propages sanguinis*.

30 Sermonis prisci consuetudini convenire *dic mihi* monuit Ed. Becker stud. I 128. Monstrum Savelsbergius in Kuhnii ephem. comparandis linguis dicata vol. XXI (nov. ser. I) p. 184 commendavit hoc: *dic quid faciám: quid me monēris*. Idemque in v. 112 *di monérint* pronuntiarum iussit.

V. 53 et Accii 118 quod Leidensis praebet *familítas* miro lenocinio quandam nuper adlicuit.

59 *alligat quae* mutari vetat Bergkius Philol. XXXIII 253, astrictae frontis puto similitudine motus.

62 *uter est* violenter mutari iubet Ed. Becker stud. I 158.

Idolorestes titulus, quem Bergkius l. l. 295 flagitat, quam longe a fabulae argumento abhorreat, suo loco mox demonstrabo.

Huius fabulae fr. VII v. 122 sq. quod Lachmanno auctore composui discerptum rursus ita sanare sibi quidam visus est, ut senariis alibi Thoantem his

primum hóc abs te oro, ní me inexorábilem
fáxis, ni tuam turpássis vanitúdi-
netátem

alibi Pyladen sic loqui satueret:

Orésta mi, ne pléctas fandi mí prolixitúdinem ubi 'plectas' intellegit 'exprobres', quod ego et ni fallor Lachmannus quoque 'nectas' sive 'texas' interpretati eramus. Ceterum Thoantis personam omnino ab hac fabula alienam esse mihi nunc persuasi, nec umquam quid in ea orationis forma, quam edidi, molesti inesset non sensi. paulo commo-
diora forsitan haec videantur:

primum hóc abs te oro (*mínus* inexorábilem
fáxis, ni turpássis vanitúdi-
netátem tuam),
óro, *nimi'* ne pléctas fandi mí prolixitúdinem.

Nam trochaeos manifestos ut transponendi licentia in iambo cogam numquam adducar; alter quidem versiculus iusta carens caesura ut laude indignus sane, ita excusatione propter quinque syllabarum quod intercedit vocabulum non omni destitutus est. duplex autem *oro* cui vel interposita parenthesi displicet, distribui inter duas personas sic possit:

[ánimum tuum,] primum hóc abs te oro, *mínus* inexorábilem
fáxis. ¶ ni turpássis vanitúdi-
netátem tuam,
óro, *nive* pléctas fandi mí prolixitúdinem.

sive in extremo versu mavis, quod non longius a librorum memoria abest:

óro: *minime* pléctas fandi *mé* prolixitúdi-
ne
sive quis adeo Guelferbytani scriptura *ero* abuti volet in hanc
coniecturam:

ergo nimi' ne plectas f. mi p.

Fridericus Leo in sententiis controv. quaestionibus Aristophaneis, dissertationi Bonnensi a. 1873 adnexis v. 127 non cohaerentem cum 125 sq. initio sic corrigi suasit:

ó *ere* *mi*, ne plectas fandi mi prolixitúdinem.

In versu 125 Leidensis m. 1 *nimi* habere fertur addita s m. 2

146 *operaque omenque adprobo* Bergkii Philol. XXXIII 295.

Versui 152 addita crux manet etiam post Baehrensii coniecturam, qua ille l. l. 622 '*flexu ille caeco se contenderet*' proposuit, in quibus flexum caecum obscuras verborum ambages significare posse adlatis exemplis non probavit.

153 sq. Qui Luciliana post Lachmannum (ad Lucr. IV 624) non emendavit, sed inquinavit etiam Pacuvianam sententiam planissimam novo ex parte commento temptavit hoc: *ât si tanta sunt promerita vestra*; in sequenti v., ubi saltem *perream* suum retractavit, retinuit tamen absurdum istud quod invenit *sin umquam*.

172 Iambum in paenultimo pede exempla tuentur, quae collegit Luchs in quaestt. metr. p. 14. *Graios tetinerim* iam Mercerus coniecerat.

197 — 201 Septenarios horridulos Bergkii in Philologi XXXI 240 sq. constituit hosce:

mâter, te appello, quae c. s. suspenso levas,
néque te mei miseret: *heus, surrige* et sepeli natum, prius
quám ferae volucresque
neú reliquias sic meas sireis d. o.
pér *humum* s. d. f. d.

218 Spreta Buecheleri emendatione bonum septenarium Bergkii Philol. XXXIII 260 dissolvit sic:

accessi *here* (s. *heri*)

Aeam ét tonsillam p. l. in l.

244 *cedo tuum pedem liumpis* commendat Bergkii l. l. 305 eis credo, 'qui Obsce et Volsce fabulantur, quom Latine nesciunt'.

256 sqq. Anapaestos quos deamat liberos hos effinxit Bergkii l. l. 287:

pedetemptim ite et sedato
nisu, ne succussu arripiat
maior dolor.

quibus statim subiungi vult v. 259 sqq. sic distributa:

heu. CH. tu quoque Ulixes,
quamquam graviter cernimus ictum,
nimis paene animo es molli, qui sis
consuetus in armis *agere aevum*.

Deinde v. 264 paroemiacum metitur deleto *me*; v. 265 autem sic distinguit:

operite, abscedite, iamiam

mittite e. q. s.

In quibus nihil fere est quod probari possit.

272 'ardúa per loca agrestía *Bacchi*' quod coniecit Bergkiius l. l. 295 et propter accentus displicet et quia Bacchiaco thiaso exultans non 'trepidante gradu niti' dicitur.

In v. 283 plura temptavit Ed. Becker l. l. p. 300: *gnato ordine omne, ut habeat, (vel omne ut fuerit vel omnem rem, ut erat) enodat pater.*

284—286 Meis ex parte adsumptis v. 284 *confirmare*, 285 *consilium subitum* (ut in adnotatione proposui), *res quod enata est modo* Madvigius Advers. II 661, illud contra certissimam Nonii fidem, hoc vanum et obscurum.

292 Vel servandum *et fare* vel corrigendum esse *territat* censet Ed. Becker stud. I 158.

V. 294 post ea quae monuit A. Luchs Herm. VI 270 fortasse sic ab initio scribendus erit:

séd nescio quid *núnc* est: animi h. g. g.

Multa (*sed n. q. actumst* praeter alia) temptavit Ed. Becker stud. I 235.

296 sq. *deos precor veniam petens,*
ut quae egi ago *vel* axim verruncent bene

Bergkiius Philol. XXXIII 295: probo Buecheleri emendationem, verum enim est *veniam petens* in hac formula diripi non licere; cf. praeter Livium VIII 9 Macrobbi Sat. III 9, 7.

301 post *exilium* finiri versum ineptissime iubet Bergkiius p. 296 his: *questus sonticus.*

318 Minime apertum, ut iste clamat, *fandi* legisse scholiastam Veronensem, qui quod ad Vergiliana haec 'fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures Belidae nomen' prius Pacuvii, deinde Lucilii exemplum adhibet additque *fando* hic (in Vergiliano scil. loco) patiendi vim, non agendi habere, supra vero (II 6 'quis talia fando . . temperet a lacrimis?') activo modo enuntiari, illum quidem usum satis fuit uno

Lucilii frusto probare, Pacuvii auctoritate uti potuit, ut ipsam *fando* formam ex antiquitate repeteret.

Minime persuasit Bergkii Philol. XXXI 249 Ciceronem de or. II. 467, 193 (ubi Teuceri fr. XII laudatur) Telamonis verba *pompalia* appellasse.

337 sq. *pro sua parte falsa confictant, canunt* Bergkii Philol. XXXIII 296, haec quidem non inprobili suspitione, in eo tamen quod *parte* defendit, a vera sententia aberrans.

350 sic scribi suadet Keilius quamquam dubitanter:
ite agite eam vellite rapite coma,
versum autem 352:

discindite vestes ocius nunc,
neutrum, si quid sentio, ut satis faciat vel poetae vel memoriae. *evolvite* iam Bothius coniecerat. In Victorini verbis vide an *mominis mutatio* restituendum sit: *nominis* in libris extat.

396 Plenum septenarium
postquam calamitas *complures* a. a. c.
Bergkii l. l. 273 redintegravit.

398 sq. Offensiones omnes effugias, si Varronis usus satura, cuius locum in adnotatione laudavi, senarium hunc fere a Pacuvio scriptum fuisse statuas:

[em: réda] volucris currit axe quadriiuga.

Praet. 4 (p. 280) ante Buechelerum iam Fleckeisenus misc. crit. 42 restituerat.

Apud ACCIVM v. 10 sq. audacissime Bergkii l. l. 297:
qui classis trahere in salum
et vela ventorum animae *minitaris dare*.
neque omnino in tali sermone erat cur profectionis imago tam copiose exornaretur.

In v. 42 sqq. valde infelici coniecturae indulsit Aem. Baehrens l. l. scribi iubens

inimicitias Pelopidum
extinctas, *tanta* oblitteratas memoria
renovare.

Nam *tanta memoria* quis umquam dixit pro tanta temporis

longinquitate? aut quis non videt flagitare sibi concinnitatem sermonis ablativum cum verbo 'extinctas' coniungendum? meum autem *pausa*, quod Urbinatis scriptura *causa* egregie commendari etiam nunc sentio, intellegere ille quidem facile poterat, si vel Lucretiana illa II 118 sq. in memoriam sibi revocasset:

velut aeterno certamine proelia pugnas
edere turmatim certantia nec dare pausam,
conciliis et discidiis exercita crebris.

45 Deleto *sic* initio versus *isti* scribendum esse rara ariolandi licentia demonstrare studuit Bergkii Philol. XXXIII 273.

Septenarium 81 talem in corollario p. LI scribi volebam:
séd angustitáte inclusam sáxi [*senti*] squalidam
ut v. 111 'saxo sento' eidem restitui.

Sanissima etiam nunc habeo quae Aem. Baehrens J. l. ad integrum senarium redigere conatus est 'si fáta his recte aut vera ratione augurem' (v. 87), nisi quod non adversabor si quis supplere ab initio sic maluerit: *sic sí satis recte* e. q. s.

V. 88 *statei gracilitudo* nuper patronum invenit inmerito.

108 *aut segnitate dubia vitare* coni. Aem. Baehrens l. l. at metu, non segnitate pericula vitantur, et sanissimum est *dubitare* quod in libris legitur.

126 *iactabo* Madvigius Advers. II 663 deleta adlitteratione et neglecta Nonii fide.

143 *res* cui displicet facile *iam* in eius loco ponere poterit.

145 sq. Creticos numerat Bergkii Philol. XXXIII 274, sed parum illos quidem elegantes nec ad sententiae colorem aptos:

séd ita Achilli ínclutis armis vescí studet,
ália cuncta optima *ut* levia prae illis putet.

155 *mihi inebra excivit* Bergkii p. 299 sine ulla probabilitate.

171 sqq. Aem. Baehrens perbene sic restituit:

nunc, Cálcas, finem réligionum fác, desiste exércitum
morári meque ab dómuitione arcére tam obsceno ómine.
nisi quod ex his *arceretuobscono* probabilius *tuo* eruitur quam
tam; quamquam qui solius alterius versiculi in codicibus

memoriam respexerit vix contra dicet, quin hunc saltem rectius ediderim: hinc autem in ceteris emendandis ordiendum esse putavi.

179 sqq. Ordines anapaesticos sine ulla causa sic discindi iubet Bergkii Philol. XXXIII 287:

itera, in quibus partibus (namque
audire volo,
si est, quem exopto,) et quo captus modo
Fortunane an forte repertus.

181 *modest* proposuit Ed. Becker stud. I 140.

191 *ah vide tu quid agas* idem p. 228 secundum Vsenerum, valde audacter. *tam subito, ha, quid agis?* Madvigius Advers. II 667 nimis temere.

194 *bénéficiis gratum hostimentum repperistis et grave* Bergkii l. l. 260: at initio *benefactis* poeta posuisset.

196 *erepta socru* idem p. 299 et accentu durissimo et structura intolerabili.

214 Ciceronem pro Plancio 24, 59 haec reliquisse: *nostis cetera; quae scripsit . . . poeta, non ut e. q. s. coniecit* Madvigius Advers. II 231, iudicium interrogationem *nonne?* et quattuor deinceps poetae verba in margine codicis a grammatico adnotata esse.

255 *viden ut* Bergkii Philol. XXXIII 253, violentius.

262 sq. Qui nuper senarios effecit hos:

neque quisquam a telis vácuus, sed uti quae óbviám
fueránt, ferrum alieis, álieis saxei rúduis est

certe plurales *fuerant* et *alieis* contra librorum auctoritatem perquam inepte videtur intulisse.

272 cf. Philemonis fr. 189.

293 Verissimum esse quod testatur Nonius *ullo* demonstravit Buechelerus mus. Rhen. XXVII 476 sq.: cf. Sophus Bugge annall. philoll. 1872 p. 108.

Novo sermonem tragicum verbo *camo*, quod *κάμπτω* esse vult, locupletavit qui vere dignum cothurno colloquium tale nuper Accio v. 302 reddidit:

quid céssó ire ad eam? ¶ em praéstost. ¶ *camo collúm gravem.*

putes camelum loqui, non Eriphylam. Parum elegantem septenarium, ut puto, trochaicum his: 'em, praesto est; iam cerno collum gravem' claudi iubet Madvigius Advers. II 659.

303 *viden tu ut conici posse* monuit Ed. Becker stud. I 273.

308 *ut nunc sum animatus, si iero, satis armatus sum* Madvigius Advers. II 660. cf. Plauti Bacch. 942.

319 *armatus]* *advorsus* idem p. 667 inutili mutatione.

320 et 321 Bergkii Philol. XXXIII 272 sic componere ausus est:

incursio

ita erat acris: Martes armis duo congressos crederes.

333 sq. Septenarium trochaicum metiri mavult idem l. l. 275, ne alios sequi videatur.

343 *tu autem quod quaero abs te enoda et quae's* (vel *qui's*) *explica* coni. Ed. Becker l. l. 183.

347 sq. Vera esse sibi persuasit Madvigius Advers. II 660 haec:

diffidens autem, ne fide

returbet vulgum ambigua ac ius ebitat, moeros dissicit.

quibus equidem nihil vidi quod ab sana arte magis omni ex parte abhorreat.

390 *humi* Bergkii l. l. 273, egregie.

417 *tunc illa Medea es* Madvigius Advers. II 660, quibus mea longe praefero.

433 Leidensis indicio (ubi *credite*, sed corr. *e* posteriore ex *i* legitur) usus extitit nuper qui corrigeret *crediti' me*, valde id quidem probabiliter.

437 *sensim conlocat sese* Bergkii l. l. 299.

442 *oboedibat* in eius quod traditum est *oboediens* locum nimis audacter substitui iubet A. Luchs stud. I. 442.

445 *cum]* *eum* conici posse Bergkii l. l. 257 frustra adnotavit.

448 sq. Pentametrum trochaicum Callimachi scilicet exemplo tragoediae intulit idem p. 308.

451 *fati sui* Bergkii l. l. 272, cum non agnoverit dativos.

455 *mehe* posse conici monet idem p. 291.

472 *quem* vel *cum* posse conici ariolatur idem p. 257.

476 *ubi nil contra orationem* proposuit idem l. l. p. 272.

492 De nominativo *suapte* disseruit idem ind. schol. Halens. 1864 p. V.

495 *ferro frigido* plane otioso epitheto, melius 496 *arvo ex mollito excitent* idem Philol. XXXIII 300.

505 *fluvia eradit* idem p. 300 inutili suspicione, nam post *exuberans* languet *fluvia*.

509 *arcana Altimque* idem p. 300 contra edicti sententiam.

511 *dictu* scribendum erat.

516 *tua* Madvigius quoque Advers. II 658 flagitat.

525—536 inmixtis post v. 528 inc. inc. fab. 71 sq. sic et corrigi et continuari vult Bergkii Philol. XXXIII 301:

Lemnia praesto litora parent,
 celsa Cabirum delubra tues,
 mysteria qua
 pristina cistis consepta sacris
 nocturno aditu occulta coluntur
 silvestribus vepribus¹⁾ densa.
en.: Volcania templa sub ipsis
 collibus, in quos delatus locos
 dicitur alto ab limine coeli, et
 nemus expirante vapore vides,
 unde ignis cluet mortalibus clam
 divisus, cluet doctus Prometheus
 clepsisse dolo poenasque Iovi
 furti expendisse supremo.

561 Zumptium quam Schneidewinum sequi mavult idem p. 281, nisi quod *nunc* ante *non* deleto senarium correxit.

¹⁾ sicine an calami lapsu pro *saepibus*?

575 *suffla* idem p. 659, sed non oblitterandum *suppa*, quod Lachmannus quoque ad Lucr. III 172 tuitus est.

578 *se veneris sterilem* idem p. 304, perperam.

602 sq. qui *de Dircaeo fonte* adveniunt mundi, ubi nitidatur *fulgor* quadripedantum sonipedum Madvigius Advers. II 657, quae non satis intellego. Bergkiius l. l. 305 non feliciter:

*atque in Dircaeo fonte sanguen mundule
nitidant pulvimque* q. s.

vel septenariis trochaicis:

nitidantur *pulvimque fulvom* q. s.

604 *torporare* Bergkiius l. l. 289: cf. Enn. 101.

609 *ec Menelai domu* corrigi iussit qui inepte ferri vulgata nuper significavit, quod minime concedo: nam nisi uxor Menelai Helena fuisset, profecto bellum non motum esset, neque moles belli in domo Menelai fuit, ergo ne excitari quidem illinc potuit.

618 'profecto hauquaquam *mediocri est ortus*' vel '*mediocri ortus est satu*' dubitanter coniecit A. Luchs stud. 15, illud certe aliquanto melius quam hoc, quamquam traditam versus formam ipse exemplis Plautinis ac Terentianis firmavit.

620 *noenu quit* Bergkiius Philol. XXXIII 271 meae coniecturae praefert.

628 Senarium talem constitui vult A. Luchs stud. I 72: nunc tu in re crepera *vide quid capies cónsili*.

644 Sententiae fortasse satis fiet scribendo *novus novo periculo*.

656 Scripto apud Ciceronem *idem* pro *idemque* et adsumpto inc. inc. fab. 127 sq. Bergkiius l. l. 307 restitui valde audacter iubet:

quae mulier una duum virum
usurpat duplex cubile.

At flagitant sibi *virorum* quae de his genetivis Cicero disserit.

693 *patescit* per se dici posse nemo negavit, sed non satis quadrat ad iurandi formulam, quae *citius* vocula indicatur: frustra igitur nota narrat Bergkiius l. l. 304, inepte autem *latescit* proposuit.

Obscurissimum Varronis testimonium, quod admodum dubia opinione inter Accianas reliquias (inc. fab. XXXV) referri ipse monueram, non illustravit qui laudari a Varrone *anticum illud*:

Ōlim violavít, qum vidit ínvidendum . . .

confidenter adseveravit: ego certe verborum istorum sententiam divinare nullam possum.

Inc. fab. XLII Accii exemplum apud Nonium excidisse inde conclusit Bouterwekii Philol. XXXII 355, quod post *accius* versus Luciliani in codice *W* spatium vacuum relictum sit, deinde *Status masculini* sequatur: quod minime concedo.

Praetext. 4 p. 281 *lave* Bergkii Philol. XXXIII 306.

12 *dice* in suspicionem vocavit Ed. Becker stud. I 146 (cf. p. 129).

31 *minus mirandumst, sed portenta* Bergkii l. l. 307 *offerunt* incredibili licentia interpretatus: 'se offerunt'.

Addendum esse Accii reliquiis monet idem p. 311 haec quae apud Festum v. *tammodo* in Politiani apographo legit Mommsenus (Festi quatern. p. 70):

Accius in . . . ctor lius dardanius . . . in tenebris

ubi pro illis *lius dardanius* primum scriptum fuisse *tindari-darum* testatur Mommsenus. Habent autem ceteri quoque codices *Accii* nomen ('tammodo antiqui ponebant pro modo ut *Accius*: tammodo inquit Praenestinus'), ubi ne quis de *Maccii* nomine restituendo cogitaret olim prudenter cavet Ritschelius Parerg. p. 40, qui aut errore nomina poetarum Plauti et Accii permutata esse aut intercisisse alterum testimonium intellexit (cf. adnot. ad Trinummi. 609). Nunc vero dubitari non potest quin post Accii locum Plauti nomen interciderit. Sed illius qualis liber intellegendus sit plane incertum: nam praeter fabulas quidni Parergon aut Pragmaticon locus aliquis potuerit commemorari? Ex tragoediarum quidem titulis proxime a scripturae reliquiis abest: *in antenoridis*.

SANTRAE v. 2 *furentum ab omni parte* Bergkii Philol. XXXIII 251.

VARIi v. 3 sqq. idem l. l. 287 sq. miris modis sic tractavit:
 tradita primum huic
 nervis septem est intenta fides
 varique dati vocum modi.
 ad quos mundi resonat canor,
 sua se in vestigia volvens.

INC. INC. FAB. v. 6 *fato*] *tactus* Bergkii Philol. XXXIII 307, quod propter sequentia participia parum placet.

59 *percepset* rursus commendavit A. Kochius annal. philoll. 1871 p. 827.

86 *ob Troiam* futtili coniectura Bergkii l. l. 307.

96 *tua*] *tuba* idem p. 279.

Ad 97 sq. cf. Plauti Bacch. 1120.

101 *Iovem prope gnatus est* Bergkii p. 310, sed ipsius loci simplici et concinno sermone satis refutatur, qui vetat etiam v. 102 deleri *ortus*.

111 Tuetur, ut consentaneum est, Bergkii p. 278 trisyllabum *aquiam* proposuitque anapaestos

et mento summam aquiam attingens
 enectus siti Tantalus . .

139 sq. Perseverat in pentametri trochaici sui *neque enim patiar* e. q. s. mensura idem p. 308 sqq., Quintilianei loci sententiam perverse interpretatus.

158 *praeter rogatum, si sapias* idem p. 310, parum probabiliter.

197 sqq. sic corrigenda esse censet Baehrens l. l. 623:
 sive ista virtus seu *patrocinium cluet*
horrendum, miseranda ista sive est calamitas,
 quod expulisti saucios patrio lare

quae non nego habere quo placere possint (et recte ipsi Charisio *huic* pro vulgato *hic* restitutum est), tamen ad definitionem figurae 'per epitropen' mea quoque quadrare putaverim. displicet in istis, quae supra posui, quod *horrendum* et *miseranda*, quae veterum e consuetudine copulata aliquo modo fuisse probabile est, in duo membra discerpta sunt; praeferam igitur coniuncta '*horrenda miseranda ista sive est c*'.

220 sq. Varronis locum Bergkii Philol. XXXIII 311 sic constitui iubet: '. . . *agrestis* ab agro dictas apparet. *Infulatas hostias*, quod velamenta his e lana quae adduntur, infulae. Itaque tum quod ad sepulcrum ferunt frondem ac flores, addit: non lanas, sed velatas frondentis comas'.

Supra autem in lacuna locum habuisse statuit tragici poetae frustum

. . . *agrestis, infulatas hostias.*

Atque in his aliquid sane veri consecutus est Bergkii, mihi enim ipsi nunc persuasum est, tragici poetae haec esse:

infulatas hostias

non lana, sed velatas frondenti coma.

238 Baccheos et creticos compositos esse statuit Bergkii ind. scholarum Halensium 1862/3 p. III: *amicos ad hanc rem, si voles, advoca.*

P. 286 in POMPONII frusto *regem* Bergkii Philol. XXXIII 292, recte.

Quae a Cicerone Tusc. disp. I 5, 10 laudantur poetae verba *Sisyphus versat saxum sudans nitendo neque proficit hilum* inter Lucilii dactylicos hexametros ab Iacobo Beckero admodum probabiliter relata nuper extiterunt qui non minus quam proxime antecedentia (cf. trag. inc. inc. 111) de poeta aliquo tragico sumpta esse statuerent hisque anapaestis dispesci suaderent:

*Sisýphu' versat saxúm sudans
niténdo neque proficit hilum.*

Cui opinioni ideo maxime diffido, quod et alienum a tragico stilo vocabulum *hilum* est et tota sententia illa ad risum potius quam ad miserationem pertinere videtur.

In glossario p. 292 sub voce 'amiciter' *Ennii* nomen falso positum est *Pacuvii* loco; item p. 310^b lin. 3 *Acc. praet.* corrigendum pro *Pac.*; p. 328^a sub v. metus del. numerus 303, addendum post 'metu' *Enn.* 24; 350 sub voce 'simitu' *Accius* laudandus erat, non *Pacuvius*.

In fabularum indice p. 365 ad *Orestis* tragoediam fortasse etiam Lucilii hexameter a Prisciano p. 907 servatus adferri poterat: 'rausuro tragicus qui carmina perdit *Oresta*'.

Alias quasdam, quae mihi interim subnatae sunt, coniecturas alio loco proferam.

SENTENTIIS TURICENSIBUS ADDENDA.

- 694 Auxilium profligatis contumelias.
 'Affatim si quois fortunast, longe interitum non habet.
 Avaro acerba poena natura est sua.
 Avaro non est vita, sed mors longior.
 Alienam qui agit causam, se perhibet reum.
 Assidua ei sunt tormenta, qui se ipsum timet.
- 700 'Animo ni imperabis, animus imperet potius tibi.
 'Animo ventrique imperare debet qui frugi esse volt.
 Bona causa nullum iudicem vereritur.
 Bonus vir nemo nisi quis bonus aequae omnibus.
 Bene pendet sumptum pensum in iudicio nocens.
705. Bonus promittit census misericordia.
 Dissolvit legem misericors cum iudicat.

Cf. coroll. XCIII. 694 senarii auctor Buechelerus. auxilium profligatis qui nititur dare contumeliam videtur ingerere M (= Monacensis). auxilium ubi des profligatis, contumeliam ingeras (vel a. dans p. c. ingerit) Meyerus 695 affatim in qua fortuna longe non habet interitum M, unde septenarium effeci cum Christio et Meyero, quorum tamen ille si cui fortuna omissa est, hic fortuna iniqua proposuit 696 cf. 14 append. 13. avaro crudelis poena. Sua profecto natura M, ad numeros redegit Meyerus 697 cf. 26. avarus non vita vivet. Sed morte longior torpescit M, senarium dedi Buecheleri. avaro haud vita est vita, sed m. l. Meyerus 698 alienam qui suscipit causam semet criminat esse rerum M: in constituendo senario Buechelerum secutus sum, nisi quod hic peragit reum proposuit. alienam qui orat c. sese criminat A. Spengelius alienam causam qui orat, se culpatur reum Meiserus. Malum Meyerus septenarium excussit 699 se Meyerus semet M 700 cf. 41 app. 132. 278. animo imperante animus imperet potius tibi M, septenarium feci. animo imperato, ne tibi animus imperet Spengelius 701 cf. 665 volt Meyerus dbet (sic) eodem teste M 702 iudicem Meyerus, om. M 703 bonus vir nemo est nisi qui aequae bonus est omnibus M, senarium Buechelerus fecit, idem nisi qui bonus aequae omnibus proposuit. bonus est vir nemo nisi qui bonus est o. Meyerus. bonus nemo vir nisi qui aequae b. e. o. Spengelius 704 cf. 71. pensum scripsi qui dispersit M Etiam in v. 71 pendit scribendum 705 cf. 77. bona comparat ac promittit misericordiae census M, unde variatum sententiae exemplum elici 706 dissolvitur protinus lex cum fuerit misericors iudex ut ad 468 notavi MT. Possit etiam d. l. facile iudex misericors conicere.

- Famulatur dominus ubi timet quibus imperat.
 Honestum laedis cum pro indigno interuenis.
 Vocis malignae numquam libertas tacet.
- 710 Beneficium praestat qui cito renuntiat.
 Vbi senectus peccat, ad quem refugiat sapientia?
 Vbi omnes peccant, spes querellae tollitur.

APPENDICI ADDENDA.

- 177¹ Difficilest regi seruire absque incommodo.
 Probatum amato amicum, ne amatum proba.
 Vindictam perdes quam inimicus praesenserit.
 Miser est qui [suam] uxorem perdit, miserior qui possidet.

d. l. iudex misericordia *Spengelius* dissoluitur lex, misericors cum iudicat *Meyerus*. 707 *manifestum senarium, etiam in T indicatum, paenitet quod satis habui in adnotatione ad v. 322 condere, numeros Woelfliniani exemplaris denuo turbare ueritus.* 708 honestatem laedes cum pro indigno intercedis *MT* (cf. ad v. 233 adn.), ubi interuenis *Hauptio* debetur, reliqua a me correctae sunt. 709 inuectiuae (inu&tibe *M*) uocis numquam libertas tacet *MT* (cf. 284), correxi 710 non leue beneficium praestat (prestet *M*) qui de breui renuntiat *MT* (uide 469, cf. 333), *senarium feci* 711 ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia? *MT* (uide 633, nam in *T* legitur quod in adn. ad h. v. *Woelflini* testimonio deceptus quasi ex *R* attuli); *feci septenarium* 712 sic *MT*, nisi quod quaerere *T* Separandum autem esse hunc uersum a 448 plane consentio cum *Meyero*.

177¹ multum est difficile seruire regi absq, comodo *R*, *senarium feci*: cf. coroll. XCII 177² *Theophrastus* dixit expedire iam probatos amicos amare, non amatos probare *c*, *redegi ad numeros*: cf. coroll. XCVI 177³ ex inimico uindictam, si te inimicum senserit, perdidisti. *Grauius aduersarium securitate decipies c, versus exemplum propositum* 177⁴ miser est qui uxorem bonam perdit, miserior qui malam possidet *c*, *septenarium excussi spretis his*: minus bonam qui uxorem perdit miser est quam qui habet (s. habeat) malam. *Omitti suam possit, si uxorem scribas.*

INDEX COROLLARII ET ADDENDORUM.

- abi cum imperativo* p. LXVIII.
Accius p. CVII. CVIII. CIX. CXI.
 CXIX. CXXIII—CXXIX.
adorate? p. LXXIII.
Aesiona p. CXII.
Afranius p. LXI. LXIV—LXXIX.
 CV sq.
alter, altrius p. X sq.
Ammianus Marcellinus p. XLV.
amphilogia p. LXXIX. LXXXVI.
Anonyma com. fr. p. XL—LI.
Anonyma trag. fr. p. CXXX sq.
apage p. LXXVIII.
Apuleius p. XLVI.
Aquilius p. XX.
Atellanae fr. inc. p. LXXXVI.
at enim p. XXXIV.
Atta p. LXIV.
attatae p. XII.
au obsecro p. LXVI.
Baucalus Atell. p. LXXXIII.
betere p. LXXXI.
Caecilius p. XVI. XXI—XXXI.
 LXXXII. CIV.
Caelius p. XXXI.
Cicero p. XLIII sqq. XLVI. sq.
 LIX. sq. LXVII. LXXII. CV.
 CXXXIII. CXXV.
Clodius, Quintipor p. L.
Cornelius Nepos p. XV.
curre cum imperativo p. LXIX.
curstrix p. LXXII.
Cusanus codex p. XCV sq.
dare se p. LXXVI.
deliquiae, deliquare p. LXI.
despoliare (dispoliare, dispolare) p.
 XXXVII sq.
dic p. XIII *dicam tibi* p. VIII
dico = *edico* p. LXXV.
dictator ludorum p. XVIII.
diffringere p. LVI.
discere, dissicere p. XIII.
écastór p. LXIII.
eccum incedit (et sim.) p. XXII sq.
elidere, eligere, eliquere p. LIX.
Ennius com. p. VII trag. CVII.
 CVIII. CX. CXI. CXIII—CXVI
 praet. CXVI Scipio CXVI—
 CXVIII annal. CXIX.
erilis p. LXXVI.
excratire p. LXXXVII.
Gellius p. LXXXVII.
Glossae comicae p. LI—LVI.
gubernus p. LXXXVI.
habere se p. LXIII.
hodie p. XXXVIII.
ille (accentus) p. LXXIX.
inmo pyrrhiche p. XXIV.
inmo certe p. XLI.
inaudio p. CVIII sq.
inpultrix p. LXXXII.
Iuventius p. XXXI.
labellum p. LXXI.
Laberius p. LXXXVI—LXXXVIII.
Laevius p. XLVI.
lembus (gen. fem.) p. XXXV.
leonum pugna p. LXXXII.
licetne? p. LXXXIII.
Licinius p. XX.
Livius p. XV. LX.
Livius Andronicus com. p. VII
 trag. CVII. CVIII. CX. CXII.
longe p. XXXVI.
Lucilius p. XXI sq. XXXVIII. XLIV.
 L. LX sq. LXXI sq. LXXXVIII.
 LXXXI. CXXXI.
Menander p. XXVIII sq. CIV.
meus (homo, deus) p. XVII.
Mimus p. XLVI.
molucium p. LXXXIV.
Naevius com. p. VIII—XX. CXIII
 trag. p. LXXXIV. CVII. CVIII.
 CXI. CXII sq.
nescio quis p. LXXI.

- Novius p. LXXXIII—LXXXVI.
opplere cum gen. et abl. p. XXXIX.
 Orestes tragoedia p. CXXXI.
 Pacuvius p. LXXI. CVII. CVIII. CX.
 CXI. CXXIX—CXXIII.
Pagon, Plautina fabula p. CIII.
 Petronius p. XLIX.
 Placidus p. XVII.
 Plautus p. X sq. XIV. XXXI. XLV.
 LVIII. LXII sq. LXV. LXXV.
 LXXVI.
 Pompeiani tituli p. XVI. XLIX.
 Pomponius p. LXXIX—LXXXIII.
 CVI.
 Pomponius Secundus p. CXXXI.
 Proverbia et popularia dicta p.
 XLVII sq.
publicitus p. LXXX.
quid illud est? (et sim.) p. LXXIX.
quid istuc est? p. LXI.
quid me censes? p. LXVII.
 Quintilianus p. XLV. XLIX.
quispiam p. LXV.
rica, *ricinium* p. LXXXV.
 Santra p. CXXXIX.
scrattus p. LVII.
- secena* p. VII.
secitius p. LVIII.
 Seneca trag. p. XV philos. p. XLVI
 rhet. p. CXIV.
 Sexti sententiae p. C sqq.
simil p. XVI.
sub diu, *sub Iove* p. LXVII.
 Suetius p. XXXIII. LXIV.
suus sibi p. XXXIV.
 Syrus, Publilius p. LXXXIX—CIII.
 CXXXIII sp.
 tauri (in arena) p. LXXX.
 Titinius p. XIV. LVI—LXIV. CV.
 tituli fabularum: num. sing. et plur.
 p. LXV; accus. pro ablat. p.
 LXXXV.
tonstria p. LXXII sq.
 Turpilius p. XXXIII—XL. CIV sq.
 Valerius mimographus p. LXXXVIII.
 Valerius Maximus p. XV sq.
 Varius p. CXXX.
 Varro sat. p. L.
 Varronaniae sententiae p. XCIX sq.
 Vergilius p. XIV sq.
 — *us* in comparativis p.
 XXXVII.

Indicem verborum ad Syri sententias et appendicem
 confecit Christianus Lütjohann.

FABVLA PALLIATA

LIVIUS ANDRONICUS

GLADIOLUS

Púlicesne an cílices an pédes? respondé mihi.

LVDIVS

Córruit quasi íctus secena. ¶ [sícine?] ¶ hau multó
secus.

VERPVS

. . ornámento incedunt gnóbiles ignóbiles

LIVI GLADIOLVS. 'Εγχειρίδιον Menandri Philemonis Sophili contulit Duentzerus, idemque militi de hostium caede glorianti his responderi probabiliter coniecit. Festus p. 210 M. 'pedes autem pro pediculis — Linius in Gladiolo: pulicesne' e. q. s. Cf. plenum bestiarum contentum in Cureulione Plauti u. 500.

LVDIVS. Tituli similes Γόητες Aristomenis, Πλάνος Amphidis. Festus p. 330 M. 'scenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit ambigitur. quam Cincius in libro, qui est de verbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Lyuius' teste H. Keilio mus. Rhen. VI 625) 'in Lydio: corruit' e. q. s. Cf. idem p. 318 'scena ab alis, a quibusdam sacena' ('secena' con. Gesnerus) 'appellatur dolabra pontificalis.' De uocali y disputauit Ritschelius Monum. ep. tr. p. 26 sqq.

VERPVS (Xenarchi fabula fuit Πράπος) Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c litteram — — Linius in Virgo: ornamentum' e. q. s. (leuius cod. Virgine Scaliger Virga conl. Menandri Παριζομένη proposuit Duentzerus. Virbio, quod in Klotzii annal. phil. XII 136 olim coniecerat Klusmannus, ipse de Liu. Andr. p. 26 temerariam fuisse fatetur opinionem. Auriga O. Guenther ephem. gymn. Berolin. XIV 813. Verpo ipse conieci: an Vargo? Cf. Labbaei gl: 'uarguus βλαίσός', scr. 'uargus βλαισός.'

1 pedes spondeum explere persuasit Fleckeisenus annal. 1861 p. 576 integrum septenarium dimiciens, cum olim duorum frusta dedissem, quorum alterum an pedes inciperet. 2 ictus scena haut cod.: scripsi secena et sicine inserui 3 ornamentum incedunt nobili ignobiles cod. ornamento incedunt gnobiles ignobili O. Muellerus ornamento incedunt gnobili, om. ignobiles, Scaliger. Versum expleas scribendo istoc ornamento uel ornamento istoc incedunt; ornamentum autem fortasse mentula est.

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I (?)

áffatim

5 Edí bibi lusi

II

uecorde et málefica

Vacérra

III

Lépus tute es et púlpamentum quaéris

Q. ENNIVS

CAVPVNCVLA

huic est ánimus propitiábilis.

INC. NOM. REL. I Pauli Festus p. 11 M. 'affatim dictum a copia fatendi, siue abundanter. Linius: affatim' e. q. s. 'Terentius affatim dixit pro eo, quod est ad lassitudinem.' Sed Terentius eo vocabulo usus non est: num Titinius? Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 56 'affatim, abunde, opipare. Linius: affatim' e. q. s. Scaligero Homeri Odys. XV 373 expressa uidebantur. II Festus p. 375 M. 'uacerram Aelius et alii complures uocari aiunt stipitem, ad quem equos solent religare; Ateius uero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitalis, ut sit uecors et uesanus teste Liuius, qui dicit: uecórde' e. q. s. (ad quem equos Ursinus ices excerpta Victorii hoc nomine significari male dictum Ursinus. . cum ad male dicendum exc. Victorii male dictum ad male dicendum Vaticani RS. ut sit Augustinus et Ursinus ut est Vaticani RS. . Victorii exc.) Homeri Odys. II 243 Scaliger, XVII 248 G. Hermannus Elem. 626 expressum putat III Vopiscus de Numeriano 13 (scriptorr. hist. Aug. II 221 J. 223 P.) 'ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. nam et lepus tute es et pulpamentum quaeris' (Ter. eun. III 1, 36) 'Liui Andronici dictum est, multaque alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.' ('multa alia quae' codd. 'multaque alia' Petrus 'caelius' Palat. 'celius' Bamb. m. 1.)

ENNI CAVPVNCVLA. Cf. Labbaei gl. 'coponicula καπηλειόν' (nam sic scribendum est.) Καπηλίδες Theopompi fabula fuit. Nonius 156, 31 'propitiabilis a propitiando. Ennius Cupiuncula: hinc' e. q. s.

5 edi bibi] aedibus *thesaurus* lusi ueretris *R. Klotzius annall. phil. XII* 320 6 . . . corde *Victorius ex Politiani apographo* uecors *Scaliger* malefici *Victorii exc.* 7 uacerra *Scaliger* uecordia *cod.* uecórde et málefica uacérra *numeris Saturnis Hermannus* 8 et *om. codd. Vopisci*
1 huic *edd. hinc libri*

PANCRATIASTES

I (2)

Quis ést qui nostris fóribus tam protéruiter —?

II (3)

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua
áccidit.

III (1)

Quo núnc me ducis? ¶ úbi molarum strépitum audibis
máximum.

EX INCERTIS FABVLIS

5 'An aliquid, quod dóno, fili, níl morares? áccipe.

C N. N A E V I V S

ACONTIZOMENOS

I (1)

Acóntizomenos fábula est primé proba.

(Caupuncula scripsi : idem fortasse Cupuncula Ioannes Vahlen uoluit esse. Capeduncula Bentinus Caprunculo Bothius conl. Pauli Festo p. 48 'caprunculum uas fictile.' Cf. etiam Varro de l. L. V 121 'capis et minores capulae a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi.'))

PANCRATIASTES (Alexidis Theophili Philemonis. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΑΣ Vahlenus inscripsit). I Nonius 513, 11 'proteruiter. Ennius Pancratiaste: quis' e. q. s. Priscianus p. 1010 P. 'Ennius proteruiter.' Confert Bothius 2 Plauti Trucul. II 2, 1 II Nonius 517, 15 'desubito... Ennius Pancrasiaste: cum' e. q. s. (Pancrasiaste Bamb.) III Nonius 506, 2 'audibo pro audiam. Ennius Telamone... idem Panchratiastis: quo' e. q. s.

Ex INC. FAB. Diomedes p. 395 P. 'moro... Naeuius... Pacuius... Ennius: an' e. q. s. (Ennius om. Par. B)

NAEVI ACONTIZOMENOS. Cf. Ἀκοντιζόμενος Dionysii, Ἀκοντιζομένην Antiphanis I Charisius II, p. 188 P. 'prime Naeuius in Acontizomeno:

2 quis] qui *W* propteruiter *Prisciani Reg. Carolin.*, quam formam ueram esse praedicat *Bergk* in *annall. philoll.* 1869 p. 480

4 dicis *Bamb.* molarium *W* molarum, *suprascr.* i, *Leid.* molariam *Bamb.* an crepitum ut *Naeu.* 114? audiuis *Bamb.*

5 ten aliquid *Vahlenus* p. 154 fili, nil scripsi illi *codd.* nil *Vahlenus* morares *Keil*ius morares sed *edd. uett.* morare sed *codd.* morare? en (*uolebat* em) *Fleckeisenus* accipe *Vahlenus* accipite *codd.*, in quo fortasse accipe, em *latet*, ut est in *Terentii Phorm.* u. 52 an aliquid quod do, nil morat, sed accipit? *Buechelerus*

1 Acontizomenus *cod.* *De terminatione in os uide Ritschelium*

II (2)

Huius autem gnatus dicitur geminum alterum
Falso occidisse.

III (3)

Sublustri noctu interfecit

AGITATORIA

I (6)

5 'Age, ne tibi med aduersari dicas, hunc unum diem
De meo securus sinam ego illos esse. ¶ tax pax. ¶ postea
Currenteis ego illos uendam, nisi tu . . . uiceris.

II (1)

Quasi dedita opera quae ego uolo ea tu non uis, quae
ego nolo ea cupis.

Acontizomenus' e. q. s. (Naeuius edd. Plautus cod.) II Charisius II p. 179 P. 'falso Naeuius in Acontizomeno: huius' e. q. s. III Charisius II p. 185 P. 'noctu diuque Sallustius historiarum secundo: noctu diuque stationes et uigilias temptare. at uero Titinius . . . noctu diuque . . . Naeuius in Acontizomeno: sulphicii n. i.' (temptare Sulpicii. At uero Titinius . . . Naeuius in A. noctu i. Hermannus Opusc. V 262 acotizomenos cod.)

AGITATORIA I Charisius II p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria: age' e. q. s. Compares Ballionis in Pseudulo u. 371 sqq. II Charisius I p. 177 P. 'dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen uim aduerbii retinet. Naeuius in Agitatoria: quasi' e. q. s.

mus. Rhen. IX 17 2 alterum *ed. pr.* alterum (*i. e.* alterum) *cod.* 4 sublustri uel subluci conicio. sulphicii *cod.* supplicio olim temptaveram. 5 atque *CFWMueller prosod. Plaut. 733* tibi med *Bergkiius symb. I 59*, [*sed idem annall. philoll. 1870 p. 827* *praeterea* age age, ne tibi me proposuit. *Potest etiam ergo* age, ne tibi me scriptum fuisse.] tibi me *cod.* tibi mihi *ed. pr.*, ubi mehe latere posse olim suspicabar. te mihi *Fabricius, Putschius* me tibi *Gulielmius in Asin. cap. 5* 6 de meo securus nunc scripsi. de meo sequor *Neap.*, sed equos *cod.* *Bondami Var. Lect. 238* de meo seruos *Bothius Demea*, signior *Westerhouius in Ter. eun. prol. 36* de meo equos sinam uel sinam equos *Bergkiius l. l.* esse interpretor edere *Huc quadrat gloss. Leid. laudata Bondamo: 'tux pax gratulantis', quam a Plauti Persa u. 265 alienam esse monuit Riischeliius opusc. II 265.* 7 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius, quod uerum uidetur esse. Non satis facit sententia senariorum* age ne tibi Med aduersari . . . diem Domi hos equos sinam ego esse. ¶ t. p. ¶ postea Currenteis e. i. u. nisi tu uiceris, quos proposuit *Buechelerus.* 8 neuis *Fabricius, Putschius* quae ego nolo *ed. pr. q.*

III (3)

ego sémper pluris féci
10 Potióremque habui líbertatem múlto quam pecúniam.

IV (7)

eho an uícimus?
¶ Vicístis. ¶ uolop est. quó modo? ¶ dicám tibi.

V (2)

Nimum ó, [nimium] arte cólligor. cur re ínquaesita
cólligor?

VI (4)

Secus si úmquam quicquam féci, carnificém cedo.

VII (5)

14' atque

III Charisius II p. 188 P. 'pluris Naeuius in Agitatoria: ego' e. q. s.
IV Charisius II p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria [I] eho
idem in eadem: eho' e. q. s. V Charisius II p. 186 P. 'nimio
pro nimis. Naeuius in Agitatoria: nimio' e. q. s. VI Charisius II
p. 195 P. 'secus pro aliter. Naeuius in Agitatoria: secus' e. q. s.
VII Charisius II p. 204 P. 'atque pro et Terentius in adelphis:
atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. ubi Acron: argute, inquit,
nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Nae-
uius in Agitatoria, sed et in Tarentilla.'

(h. e. quod) ego nolo *cod.* 9 *sq.* Magis placeant senarii tales:
nam libertatem sémper pluris féci ego Potióremque habui múlto quam
pecúniam. 12 uolop quomodo *cod.* uolupe est. quo modo? *Bothius*
dicam tibi *sollemnem in responsis formulam nunc cum Bothio*
separavi ab interrogatione quo modo? Praemitti poterat, non de-
bebat (cf. Ter. adelph. 985) ego De bisyllaba uolup forma dispu-
tauit Ritschelius mus. Rhen. VII 319 13 nimium ó, nimium
scripsi nimio (semel) Charisius colligor. cur. r. i. colligor?
Bothius colligobeurre inq̄sita colligor cod. Olim statueram ludere
poetam in colligendi et colligandi verbis hac fere sententia: 'nimis
stricte concludo, nimis manifesto sentio, cur uel quod constringor
uinculis.' nimio me arte colligas *Bergkiius annall. philoll. 1870*
p. 826 Cf. *Plauti Epid. 677* age tu arte colliga

AGRYPNVNTES

I (1)

15 si quidem uís loqui,
Non pérdocere, [hau] múlta longe prómicanda orátio est.

II (2)

Nam in céna uos noctúrno coepit praémiatores tóllere.

APPELLA

I (2)

Cui caépe edundod óculus alter prófluit.

II (1)

Vt illúm di perdant, quí primam holitor prótulit
19¹ Caepam!

AGRYPNVNTES I Nonius 65, 3 'promicare, extendere et porro iacere, unde emicare. Naeuius Agrypnuntibus: si quidem' e. q. s. II Nonius 150, 22 'praemiatores nocturni, praedones. Naeuius Amnagremnuntius: nam' e. q. s. (Agrypnuntibus Junius)

APPELLA: haec certe est librorum scriptura, quam seruaui, quoniam de argumento nihil constat. Cf. Labb. gloss. 'appella *λεπόμενος*' et scholl. in Hor. Serm. I 5, 100 I Priscianus VI 2 p. 681 P. 'frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naeuius in Appella: cui' e. q. s. 'Nonius' e. q. s. (Naeuius libri. appella libri apella ed. Veneta 1) Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 133 'hoc caepe in singulari i. unio, unde Naeuius: cui' e. q. s. II Priscianus VI 2 p. 681 P 'hae cepae harum ceparum, quamuis antiquissimi in a quo-

15 uis loqui *Bothius loqui uis libri, quod sic seruari possit: si quidem loqui Vis, nón docere* 16 hau *om. libri* si quidem loqui uis, non perducere, Non (*uel* hau) multa longe p. oratiost *Buechelerus, cui debeo hau positum ante, quod post multa inseruerat Bothius 2 (mus. Rhen. V 269).* 17 *cena nunc scripsi scena libri praemiatores libri: cf. Turnebus Adu. XV 4. Synecphonesin, quam uersus flagitat, non nisi lacuna statuenda effugies, uelut: nam in céna u. n. c. praemiatorés . . . tollere uel: nam in céna u. n. coepit tollere . . . praemiatorés . . . Dubitat CFWMüller prosod. Plaut. 463 sq.* 18 caepe *thesaurus, Bamb. Prisciani cepe Sang. coepe Grut. cepe ceteri edundod Buechelerus annall. philoll. 1867 p. 68, probauit Ritschelius nou. exc. Plaut. I 65 edundo Sang. Halb. Prisciani edendo thesaurus, Reg. Bamb. Bern. Amien. et corr. e ex u Grut. Carolir. Prisciani oculos Sang. Olim septenarium trochaicum, cui ab initio creticus deesset, et hunc notaueram et u. 19 ad eandem scaenam pertinentes. [Hiatum in penthemimeri senarii fouet Bergkiius annall. philoll. 1870 p. 826]* 19 *Recepi nunc quod inter alia proposuit Muellerus l. l. illam, om. ut, anon. Bern. di perdant uel di omnes perdant uel di infelicit*

ARIOLVS

I (1)

20 Deprándi item léoni si obdas óreas

II (2)

Quis heri ápud te? ¶ Praenestíni et Lanuini hóspites.

que singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniuntur. Naeuius in Appella: ut e. q. s. (Naeuius libri appella libri plerique appella Reg.) Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helueticis p. 106, 26 'Naeuius: illum... cepam.'

ARIOLVS Cf. Ἀγύρτης Philemonis, Μητραγύρτης et Ολωνιστής Antiphanis, Δεισιδαίμων Menandri, Μάνεις Alexidis. Gellius III 3, 15 'sicuti de Naeuio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem... unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' Ariolum quendam gentis Corneliae 'futuram magnitudinem et splendorem diuinando praedixisse' ariolatur Klusmannus, nec improbanit Grauertus Philol. II 218. Probabilis adnotare poterant in primo uersiculo, qui fortasse prologi erat, poetam de se ipso loqui uideri. Ceterum Philemonis Ἀγύρτην hac fabula expressam esse coniecturae aliquam speciem adfert uersiculus inc. fab. I, cuius similem Philemouis inc. fab. XLV locum exhibuit Klusmannus hunc: οὐκ ἂν δύναιο μὴ γενέσθαι, δεσπότα, Ἄνθρωπος ὢν ἄνθρωπος· ἄλλως ὄν βοᾷς. Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἔστιν κακὰ. Ea enim quamquam fatendum est etiam alibi inseri potuisse, uelut in Σικελικῷ (cf. I), tamen memorabili casu optime quadrant in eam quae sola ex Agyrta seruata est eri lamentationem: ὦ πῶς πονηρὸν ἔστιν ἀνθρώπου φῦσις Τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἂν ποτ' ἐδεήθη νόμου. Οἷε τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν ἀλλὰ σχήματι· Πλάγι' ἔστι τᾶλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον. I Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inferuntur. Titinius... et Naeuius in Hariolo: deprandi' e. q. s. II Macrobius Sat. III 18, 6 'nux haec Abellana seu Prae-

CFWMueller l. l. 591 di fer** Bern. m. pr. dii ferant Reg. m. 2 Bern.

m. 2 differant Reg. Bamb. Amien. Halb. Sang. ^differant Grut. defferant Carolir. deferunt anon. Bern. dii terant Aldina di feriant Mähly ann. philoll. 1861 p. 139 que anon. Bern. primam scripsi [item CFWMueller paralipomenon pros. Plaut. p. 97] primum libri primus Bothius hōletur Reg. hōlitus Bong. hōlit^{or} (sup. m. alt. in ras.)

Halb. hōlitur anon. Bern. olit' Amien. olit^r Bamb. protulit Cepam Muellerus cepam (cepam Bamb.) protulit libri Prisc. cepam, om. protulit, anon. Bern. [perdant et primus Bergkii quoque annall. philoll. 1870 p. 826 probat] 20 deprandi item leoni si scripsi deprandi autem leonis cod. deprandi autem leoni si Vrsinus leoni si autem deprandi olim edideram. In autem scriptura utei latere posse monuit Buechelerus; formam autem deprandi rectius a nominatiuo deprans (ut 'nefrens') deducas quam cum uiris doctis a deprandius uel deprandis oreas Vrsinus oreat cod. 21 qui Bamb. m. 2 Lanuini, ut u consonans sit, L. Mueller de re m. 252 Lanuini libri

¶ Suópte utrosque décuit acceptós cibo,
Altrís inanem uóluulam madidám dari,
Altrís nuces in prócliui profúndier.

ASTIOLOGA

25 Háe sibi própica, hac déspica

CARBONARIA

Tíbi serui multi ápuđ mensam astant: ílle ipse astat,
quándo edit.

nestina . . . inde scilicet Praenestinae nuces. est et illud apud Naeuium in fabula Ariolo: quis e. q. s. (ariola Palat.)

ASTIOLOGA, i. e. ἡ ἀστειολόγος scripsi. assitigiola libri, unde praeter alia etiam astrologa facere possis. Agitatoria Junius.

Nonius 155, 25 'prospica et despica, intenta et contempta. Neuius assitigiola: ac' e. q. s. 'potest ergo prospicus et despicius dici.'

CARBONARIA. Fidem Prisciani in laudando Naeui, non Plauti nomine, de qua dubitauerat Ritschelius Parerg. I 98, ipse concedit p. 106 et 153 posse defendi. Priscianus X 5 p. 894 P. 'uetustissimi tamen etiam edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naeuius in Carbonaria: tibi' e. q. s. 'non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit σκάζων.' (Neuius libri in carbonaria om. Sang.)

22 suopte Paris. a Bamb. m. alt. suapte Angl. Bamb. m. pr. Gud. Salisb. Med. abc 23 sq. altris utroque loco ante Muellerm Geppertus de pronunt. serm. Lat. 64 et Roepers Philol. XV 294: probauit Ritschelius opusc. II 458 23 alteris corr. ex alterius Bamb. bullulam, i. e. uuluulam Geppertus, post eum Muellerm (cf. Apicius 54 Sch.) bulbam libri, nisi quod bululam Salisb. Med. a b bulbum Pontanus uuluam Scriuerius De uolua inani uel cieclicia cf. Plinius n. h. XI 37, 84 madidatam Scriuerius, non male, si uoluam serues. madidantem Scaliger Castig. ad Fest. p. CXV dare Scaliger 24 in proliuis Cantabr. in proluuis Pontanus profundier Scriuerius profundere libri est profundere Geppertus nuces in procliui alteris profundere Bothius, numeris quidem elegantioribus. Septenarius nuper illorum ignarus opinor proposuit Bergkiius symb. I 21 hosce: quis heri apud te? Praenestini et Lanuuiini hospites. Hospites suopte . . . cibo. Quo modo? alteris inanem uuluam madidam sale dari, 'Alteris nuces inanes procliui profundier; in primo autem uersu fore qui quis heri apud te fuit praelaturi sint suspicatur.' 25 ac sibi p. ac d. libri hac tibi p. hac d. Bothius. Cf. Lachmannus in Lucr. 307 26 Trochaeos agnouit Ritschelius Parerg. I 98, sed ordinem multi tibi serui praeferam. astant Sang. adstant Halb. Bamb. Bong. astat Grut. Carolir. astat Reg. adstat Halb. Bamb. Bong.

CLAMIDARIA

26¹ Neque ádmodum a puerís abscessit néque admodum
adulescéntulust.

COLAX

I (Nou. Col. 4)

Qui decumas partes? quántum mi alieni fuit,
Pollúxi tibi iam publicando epulo Hérculis
Decumás.

CLAMIDARIA i. e. Chlamydaría [Sergii] explan. in Donatum (in Keilii gramm. Lat. IV) p. 559 'admodum . . . quaesitum est num pro ualde usque dicamus, et in usu fuit . . . apud Naeuium in Clamidaria: neque e. q. s. (neuium Lauant.)

COLAX. Prologi in Terenti eun. 25 haec sunt: 'Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam, Parasiti personam inde ablatam et militis. Si id est peccatum, peccatum imprudentiast Poëtae, non quo furtum facere studuerit. Id ita esse uos iam iudicare poteritis. Colax Menandrist, in ea est parasitus colax Et miles gloriosus: eas se hic non negat Personas transtulisse in Eunuchum suam Ex Graeca: sed eas ab aliis factas prius Latinas scisse sese, id uero pernegat.' De quibus instar omnium Ritschelii in Parerg. I 99 sqq. disputatio est. Is enim et emendauit quae corrupta turbas fecerant sed eas fabulas factas prius et quid inde discatur explicauit: nempe Menandri Colacem, in qua parasiti adentatoris et militis gloriosi partes fuerint, Naeuium primum in Latinam scaenam transtulisse, eius autem fabulam postea a Plauto correctam et pro noua datam esse. Ceterum idem statuendum sit, si Bothii et Lomani Spec. crit. p. 83 coniecturam probaueris, qui scripserunt Colacem esse Naeui aut Plauti ueterem fabulam, quibus satis bene exprimitur sane, quam non curauerit aliorum exempla Terentius. At quoniam et Naeui et Plauti Colax (utraque autem apud Nonium) alibi laudantur, de sola unius fabula cum Gepperto (Klotzii annall. phil. XIX 274) non cogitabit nisi temerarius. Loquentem cum milite parasitum habemus fr. I: nam ille Herculem Victorem se ipsum esse gloriatus decumas bonorum sibi a parasito quoque flagitauerat offerri, cui hic iocabundus respondet, rei alienae quidem decumas ei se iam polluxisse publice indicanda scilicet eius nomine cena Herculana. De pollucendi more disseruit Henzenus mus. Rhen. V 71 sqq.: cf. nunc quae adnotauit Mommsenus CIL I p. 149 sq. et ad n. 1175. I Priscianus IX 10 p. 874 P.

26¹ . p. ueris ^acod. abscesit cod. adolescentulus est cod.
Variati in uoce admodum accentus elegantia percat, si trochaeos dimetiariis 27 qui (i. e. quomodo) libri plerique omnes quid Barb., unus Krehlii, Hermannus Opusc. II 280 quoui proposuit Bergkii ind. scholl. Halens. aest. 1867 p. V decumas Aldina et hic et u. 29 decimas libri partes sup. Reg. mi Hermannus, om. libri: inseri etiam post alieni poterat alienum Bong. 28 polluxi Hermannus polluxit Sang. polluxit ceteri iam Hermannus a libri polluxi, Tibie uel Bia, polluxti Bergkii l. l. epulo . . . decumas om. Sang. hercululis Bong. herculi Bamb. 29 decimas libri

II (Nou. Col. 1)

30 ét uolo

Et uéreor et facere ín prolubio est . . .

III (Nou. Col. 3)

et ásseri

Laudés ago, cum uótis me multát meis,

Quod praéter quam uellem aúdiebam hoc mi éminus.

IV (Nou. Col. 2)

35 Vbi uídi, exanimábiliter timedus pédibus protinam mé
dedi.

COMMOTRIA

35' carere

COROLLARIA

I (4)

nólo ego

'polluceo polluxi... Naeuius in Colace: quid' e. q. s. (Naeuius libri. 'in Colace quid decumas partes' om. Sang.) II Nonius 64, 10 'prolubium... Naeuius Colace: et uolo' e. q. s. (Naeuius Junius in mg.) Comparant Aristophanis ran. 1425: ποθει μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. Sane incerti animi fluctuatio hic quoque describitur.

III Nonius 462, 32 'multare cum sit condemnare, positum est augere, noti compotem reddere. Naeuius Colace: et asseri' e. q. s.

IV Nonius 376, 12 'et quoniam non nulli ueterum pro eo quod protinus est protinam uel protenus conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt... Naeuius' (ita W. Leid. Gen. Bas.) 'in Colace: ubi... dedi, id est pedibus longius fugi.'

COMMOTRIA. Varro de l. L. VII 54 M. 'in Menaechmis: inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem hoc est uerbum in Commotria Naeuii.' (hoc est Flor. teste H. Keilio Paris. a b, est hoc ceteri Commotria Turnebus Adv. XXIII 16 cemetria Flor. Goth. Haun. cemetria Paris. a comedia Paris. b Cosmotria Aldina Cosmetria Bothius neuii Flor.)

COROLLARIA Cf. Στεφανοπολίτες Eubuli. I Charisius II p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria: nolo' e. q. s. 'ubi Probus: usque

31 prolubio *edd. proluuio libri* et uéreor et facere in prolu-
bio est et uolo *Mähly annall. philoll. 1861 p. 139 peruerse*

32—34 *restituit Hermannus Opusc. II 279* 32 adseri *Leid. Bamb.* 33 multat *Hermannus multatis libri* 34 hoc mihi

ennius *libri, nisi quod hennius Leid.* hoc mihi eminus *ed. 1496*
mi fortasse delendum cum Buechelero audiebat hoc mihi *et*
ut alterius quod exciderit fragmenti auctor Ennius *Kießlingius*

35 *timedus libri plerique tamedus Gen. Bas. timidis Herman-*
nus Opusc. II 279, accepit Ritschelius opusc. II 245 protinam

Me dedi *Hermannus* 36—38 *numeros transponendo (nolo hánc*

Hanc ádeo efflictim amáre: diu uiuát uolo,
Vt míhi prodesse póssit.

II (3)

Vltró meretur, quam óbrem ametur: íta dapsiliter suós
amicos

40 Alft.

III (9)

Riuális, salue. ¶ quíd 'salue'? attat áttatae!
¶ Quid istúd uero 'atatae' te áduertisti tám cito?

IV (5)

. utinam nasum ábstulisset mórdicus!

V (7)

Núm [tu non uis móneam te unum, sí uidetur,] quíppiam?

VI (6)

45 Nímis homo formídulosust.

VII (10)

st', tace,
Caue uérbum faxis!

donicum effligatur.' Haec autem non grammatici, sed poetae ignoti
verba esse coniecit Ritschelius opusc. II 241: uide infra pall. inc. fr. LVII.

II Charisius II p. 178 P. 'dapsiliter Naeuius in Corollaria: ultro' e. q. s.
III Charisius II p. 214 P. 'attattat attatae Naeuius in Corollaria...'
cf. Tarentilla fr. V. IV Charisius II p. 184 P. 'mordicus Afranius...'
Naeuius in Corollaria...' V Charisius II p. 192 P. 'quippiam Naeuius
in Corollaria...' (Tarentilla ed. pr.) VI Charisius II p. 186 P. 'nimis
Naeuius . . . idem in Corollaria: nimis' e. q. s. VII Charisius II

ego adeo efflictim Amáre e. q. s., ut septenarii iambici fierent) pes-
sum dedit Bothius, non intellexit Klussmannus 37 diuuiat cod.

39 ultro Meretur Bothius; in ametur uerbo priore uersum
claudit Keilius numeris trochaicis, quos etiam tales ultro meretur,
Quam óbrem e. q. s. instituere licebat. 41 quid salue attattattat
attatae riuális salue cod.: ordinem et numeros constitui. 42 quid
istud uero te aduertisti cod., sed uero a te ed. pr. uero at tatae
Fabricius, Putschius. Correxi olim: nunc Bentleium ad Ter. Andr. I
1, 98 uideo sic formata exhibere: quid salue attattattatae. Riuális,
salue. quid istud attatae aduertisti tam cito? 44 num non uis te
moneam unum, si uidetur, quippiam Putschius, quae unde hauserit
non constat. num quippiam om. ceteris cod. nam quippiam ed. pr., om.
Fabricius 45 formidulosus est cod. 46 st tace Hauptius

VIII (11)

48 Haec démolite!

IX (1)

diuidiaest

X (2)

confestim

XI (8)

trit

DEMENTES

49 Animaé pauxillulum ín me habet.

DEMETRIVS

persibus

DOLVS

Caperáta fronte

p. 214 P. 'st' (ita Fabricius et Putschius. it cod.) 'Naeuius in Corollaria...' VIII Diomedes I p. 395 P. 'demolio ... Naeuius in Corollaria h. d. inquit.' (Naeuius Monac. meuius Paris. B corollario Paris. B)

IX Varro de l. L. VII 60 M. 'in Mercatore [615]: non tibi istuc magis diuidiaest quam mi hodie fuit. hoc idem est in Corollaria Naeui. diuidia ab diuidendo dicta, quod diuisio distractio est doloris.' hoc eadem est in corollaria neuius Flor. cum ceteris libris ut hoc eodem usust uideatur corrigendum esse. hoc itidem et in Corollaria Naeuius O. Muellerus et praecunte Spengelio eadem in corollaria Naeuius Bergkiius symb. I 158 non Varronem, sed lectorem aliquem statuit adscripsisse, hoc a correctore in margine uideri positum fuisse, quo significaretur hoc edie in uersu Mercatoris, non hodie legendum esse, Naeuius uero plane eodem uersiculo usum fuisse. Quae omnia quam sint incerta nemo non sentiet. Cf. Fulgentius 565, 3 'quid sit desiduo. desiduo dicitur diurne, unde et Varro in Corollaria ait: diuidiae mihi ferunt tam desiduo abfuisse te.' X Charisius I p. 177 P. 'confestim ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.' XI Charisius II p. 213 P. 'trit Naeuius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam, crepitum polentarium, id est peditum.' s. autem uocem murum ed. pr., nescio an recte (cf. Iuuentius u. 9), ut altera illa, ad quam Plauti in Curculione II 3, 16 adpellatio quadraret, exciderit: fuit autem fortasse prox (cf. Pseud. 1279) Cf. praeterea inc. fab. VIII

DEMENTES Cf. *Μαινόμενος* Diphili. Diomedes I p. 335 P. 'habeo et habito dicimus, ut apud Naeuium in Dementibus: animae' e. q. s.

DEMETRIVS Cf. *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος* Alexidis. Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio: persibus a perite, itaque sub hoc glossema *callide* subscribunt.' Cf. inc. fab. IX. Pauli Festus p. 336 M. 'sibus, callidus siue acutus.'

DOLVS Cf. *Δόλων* Eubuli. Klussmannum refutauit M. Hauptius Philol. I 375 Varro de l. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in

Philol. I 376 setale cod. st tale Fabricius 48 demollite Paris. A

49 habet testatur Diomedes habitat libri 49² caperrata Flor. (u. supra), quod si uerum est, Naeuius e. c. sic: caperrata ille frónte

FIGVLVS

Nímis auarus

GLAVCOMA

50

51 Quód de opsonio [íste suo] stilo ín manum pupugít mihi.

GVMINASTICVS

I (4)

In álto nauem iúbe tu destitui ánchoris.

II (1)

[Díc] utrum est melius: uírginemne an uíduam uxorem
dúcere?

¶ Vírginem, si músta est.

III (6)

55 Edepól, Cupido, cúm [tu] tam pausíllu's, nimis multúm
• uales.

Hesiona... in Clastidio... in Dolo: caperata fronte, a caprae fronte, doloreste cod. B Spengelii caperrata Flor. Cf. Varronis satura Eumenidum fr. I; alia exempla composuit Roesperus in comm. Gedanensi a. 1850 p. 14 sq., qua Eumenidum reliquias tractauit.

FIGVLVS Charisius II p. 186 P. 'nimis Naeuius... idem in Figulo: nimis auarus.'

GLAVCOMA Priscianus X 5 p. 894 P. 'pungo pupugi uel punxi... Naeuius in Glaucoma: quod' e. q. s. (Neuius libri glauconia Sang. Grut. Carolir.)

GVMINASTICVS: nominis formam nindicauit Ritschelius opusc. II 483, cf. 520; cf. fr. VI. I Nonius 280, 1 'destitui est desolari. destitui rursus statui. Neuius in Gymnastico: in alto' e. q. s. II Nonius 136, 7 'mustum non solum uinum, uerum nouellum quidquid est, recte dicitur. Neuius Gemnastico: utrum' e. q. s. III Nonius 421, 25

scripsisse potest . 50 sq. septenarios nunc restitui qui olim creticos cum baccheis quód de eo opsonio Stilo mi in manum p. composuerim. quod] an quom? de eo Putschius eo Erl. b opsinio Sang. Grut. Carolir. obsonio ceteri iste suo inserui, om. libri mi in manum pupugit libri: mihi transposui. quód de obsonio mihi stilo in manum pupugit . . Fleckeisenus 52 iube tu scripsi iubet libri, quod seruata contra Plautum Ennium ceteros uetere mensura spondaica Naeuium scribere potuisse Buechelerus annal. philoll. 1867 p. 68 sibi persuasit. destitui iubet ancoris Urbin. 308 in alto destitui anchoris nauem iubet Bothius, non male 53 initium uersus uariis modis expleri potest uel dic praemittendo uel iambicis quidem numeris utrumne scribendo: utrum 'formam commendant Kiesslingius et Buechelerus; cf. u. 81, 115. ne an uiduam uxorem om. Leid.

55 tu tam pausillu's scripsi tam pausillus sis libri tu's tam pau-

IV (2)

Hómines, pecua béluasque

V

Sáxa siluas lápides montes díssicis, dispúlueras.

VI (7)

Atque meis bonis omnibus égo te herem faciám

VII (5)

At ením tu nimis spisse átque tarde incédis

VIII (3)

60 Pol haút parasitorum áliorum [hic] simil ést . . .

LAMPADIO

protinam

‘cupido....cum masculino, deum ipsum... Neuius Gymnastico: edepol’ e. q. s. IV Nonius 159, 5 ‘pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt. Neuius Gymnastico: h. p. b.’ V Nonius 95, 27 ‘dispuluerare est dissoluere. Neuius Gymnastico: saxa’ e. q. s. VI Nonius 486, 31 ‘herem (heredem Bamb. Leid. 116) pro heredem. Neuius Gymnastico: atque’ e. q. s. (Geminastico Bamb.) VII Nonius 392, 15 ‘spissum significat tarde... Neuius Gymnastico: at enim’ e. q. s.

VIII Nonius 224, 25 ‘simile est pro similis est, pio masculino positum neutrum Titinius [34]. Fullonibus Naeuius Gymnastico: pol’ e. q. s.

LAMPADIO Varro de l. L. VII 107 M. ‘apud Naeuium in Hesiona...in Clastidio...in Dolo...in Demetrio...in Lampadione: protinam, a protinus, continuitatem significans.’ Coniectura referri ad hanc fabulam possit inc. inc. fab. LXXIX.

LUDI et LUPI quae hic olim sequebantur frustra nunc inter praetextae Naeuianae Romuli siue Lupi p. 277 sq. reliquias quaere.

sillus *Lübbertus stud. gramm.* II 139 tam sis pauxillus *Bothius. Caesurae etiam sis tam pausillus satisfaceret.* quoniam tam pausillu's ad sententiam minus quam ad litteras quadret. 58 *anaepastos agnouit Buechelerus herem edd. heredem libri* atque ego te meis herem omnibus faciam bonis *Bothius. Ipse olim iambo* atque é bonis meis omnibus ego te hérem faciam . . *proposueram, qui, absque Nonii testimonio esset, sic: téd heredem faciám claudi poterant.*

59 *Non displiceant trochaeci* át enim tu nimis spisse ac tarde incédis 60 *haut Bentinus aut libri* simile est *libri, quod tuetur Buechelerus decl. lat. p. 8 similist Ritschelii opusc. II 616 (qui tamen ibidem 331 probauit quod edideram simil est), Lachmannus in Lucr. 29 Iambos dedit Hermannus Opusc. V 267, trochaecos olim malueram: leniores ut fierent numeri, hic post aliorum inserui. Claudere uersum homo potuit, e Titinii exemplo repetendum.*

NAGIDO

clucidatus

NAVTAE?

supparus

NERVOLARIA

65 . praecisum omásum pernam cállus glisis glándia

PAELEX

Desíne socii tuo, frátri patruelí meo

PERSONATA

Festus p. 217 M. 'Personata fabula quaedam Naeui inscribitur, quam putant quidam primum [actam] a perso-

NAGIDO, i. e. *Ναγιδώ*, ni fallor, nisi praeplacet Nagidio, i. e. *Ναγιδίων* siue *Ναγιδεύς*. Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona... in Clastidio... in Dolo... in Demetrio... in Lampadione... in Nagidone: clucidatus, suavis, tametsi a magistris accepimus mansuetum.' (nagidone Flor. nagidione Goth. agidione Haun. agidone Paris. a, om. Paris. b. Certum est littera *N* incipere hunc titulum, quod cum fugeret uiros doctos ante O. Muellerum, incredibilia commenti sunt.) Cf. Philoxeni gloss. 'glocidatus, ἡδύς' (glocidatus cod., corr. Vulcanius)

NAVTAE Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimentum [tum lineum] — — puni[ceum uestimentum ita uocat neui de bello Puni]co. et in nautis [uocat Neptuno u]estem consecratam supparum. at] nunc supparos [appellamus uela li]nea in crucem [expansa] e. q. s. Supplementa Ursini incertissima sunt; nec quidquam aut de fabula aut de uerbis Naeuii adfirmari potest. Cf. Festus p. 340 u. siparium. Isidorus orig. XIX 3, 4 'siparium genus ueli, unum pedem habens' e. q. s.

NERVOLARIA Nonius 151, 1 'praecisum et omasum partes carnis et uiscerum. Naeuius Nernolaria: praecisum' e. q. s. (Ennius ms. Junii, de Plauto cogitabat Ritschelius Parerg. I 96 Nernolaria Ritschelius Herularia ms. Gandense Erularia ceteri libri Aulularia ante Mercerum Ecularia conl. Alexidis *Ἰππίσκος* aut Ferularia prop. Buechelerus)

PAELEX (de scriptura nominis testimonia collegit Fleckeisenus quinque. titul. p. 23) Cf. *Παλλακή* Alexidis Menandri Diphili. Nonius 223, 21 'socrus et masculino genere ueteres dici posse uoluerunt. Naeuius Pellice: desine' e. q. s. (Pellice Bothius pellico libri)

PERSONATA. cum post multos annos acta sit quam... coeperunt ('coeperunt' cod.) O. Muellerus, quod, si propter personas non

63 clucidatus, i. e. glucidatus Scaliger caudatus Paris b Vind. Basil. caudacus Flor. cum ceteris 65 Nolim praecisum atque omásum: nam uariis modis initium uersus suppleri potest, e. c. em uel iam praemittendo callus Mercerus gallus libri callum ed. 1526 clifis Leid. (cf. clucidatus supra) glissis Urbin. 307 glifis ceteri libri glires ed. 1526 glandia edd. grandia libri 66 desine, sc. male dicere. desim Bothius 2 socio Bothius socru Klussmannus

natis histrionibus. sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperint, ueri similis est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Atellanos, qui proprie uocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.'

PROIECTVS

I (1)

. . . populus pátitur, tu patías . .

II (2)

. quíd moras? ¶ quia ímperas.

QVADRIGEMINI

. . . suo labóri nullus párcuit.

STALAGMVS

70 Visám. deo meó propitio méus homo est.

depositas dicta sit Personata, necessario iam in usu fuerint illo tempore personae. At uero id Verrius dicit: actam esse hanc fabulam ab Atellanis, qui proprie dicuntur personati. Nam multo ante quam comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, Atellani soli eo habitu agebant, postea autem soli deponere eas cogi non poterant. Cf. Munkius de fab. Atell. p. 70

PROIECTVS, i. e. Expositus. Diomedes I p. 395 P. 'item patio Naeuius in Proiecto: populus patitur, inquit, tu p. moro item Naeuius in eodem [II].' (Naeuius Monac. in prolecto Monac. Naeuius Monac. Naeuius Par. B.)

QVADRIGEMINI Nonius 163, 22 'parcuit, pepercit. Naeuius Quadrigenis: suo' e. q. s.

STALAGMVS Donatus in Ter. Phorm. I 2, 24 'deo irato meo] uidetur . . . addidisse meo, ne esset ἀμφίβολον cui diceret: irato deo. Naeuius in Stalagmonisa deo' e. q. s. (Naeuius Lugd. Hemnius Dresd. Stalagmonisa deo Cuiac. stalagmonis Adeo Lugd. Stalagmonis adeo Gand. stalagnionis adeo Dresd. Stalagmonis: Adeo edd. Rom. Vind. Med. Taru., unde olim Stalagmonissa titulum male ingebam. Stalagmus serui nomen ex Captiuis notum post alios Bothius Meinekius Ritschelius Parerg. 142 agnouerant.

patrueli *Mercerus* patru *libri* 67 patias *Paris*. *A* non pacias *Par*. *B* potior *Monac*. patias modo *edd. uett.*: uide *supra*. *Sententia haec fuisse potest*: quod populus pátitur, tu patías item. 68 mores *Par*. *B* quia ímperas *Par*. *A* *Monac*. quā peras *Par*. *B* quid ímperas *edd. uett.*, quod magis placet: om. *Caesarius*. quin ímperas? in exitu uersus amici *prop*. 69 labori *edd.* laboris *libri*: an suos laboris?

70 uisám. deo *scripsi* nisa deo uel nis adeo (*u. supra*) *libri* mussa. deo *Buechelerus* deo *uulgo* *Si adfuit in scaena de quo*

STIGMATIAS

praebia

TARENTILLA

I (7)

Quae ego in theatro hic meis probavi plausibus,

Ea non audere quemquam regem rumpere:

Quantó libertatem hanc hic superat séruitus!

II (1)

75 Quáse in choro ludens datatim dat se et communem facit.

'Alii adnutat, alii adnctat, alium amat, alium tenet.

STIGMATIAS Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona in Stigmatia: praebia, a praebendo ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.' (a prohibendo . . . pueri Bergkiius annall. philoll. 1870 p. 831 cf. Festus p. 234. 238.)

TARENTILLA Cf. *Tarentinos* Alexidis. Adulescentes duo dum peregrí, Tarenti ni fallor, rem paternam disperdunt (VI: cf. IV. V), inprovisu a patribus uisuntur (VIII: cf. IX. X). Quorum alterius amica erat Tarentilla (fr. II. XI). Duobus adulescentibus duo adiuncti fuerunt serui (fr. VIII). Reconciliantur patres certis legibus, ad quas fr. XII pertinet. I Charisius II p. 192 P. 'quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. atqui Cato . . . o quanti ille agros, inquit, emit . . . Naeuius in Tarentilla: quae' e. q. s. Interpretatus est Th. Mommsen hist. Rom. I^o 909. II Isidorus Orig. I 25 'Ennius de quadam impudica [75-79].' Pauli Festus p. 29 M. 'adnctat saepe et leniter oculo annuit. Naeuius in Tarentilla [76].' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'adnctare, nutum cum oculis facere. Liuius [76].' Ibidem 372 'componitur adnctitare i. e. cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris, unde Plautus [76].' Ibidem 376 'nuto componitur adnuto . . . unde Plautus [76].' Gloss. Amplon. 254 'et componitur adnctitare i. e. cum palpebris innuere . . . Plautus: alii adnctat, alii adnctat.' cf. Placidi gloss. ibidem VI 554 'adnctitare, inuitare arridere.' Paulo auctore Naeuium pro Ennio apud Isidorum posuit Areualus.

sermo est, poeta scripsisse statuendus est meus est hic homo: cf. *Plauti l. l., cuius monuit Kiesslingius (cf. Plauti Pseud. 600) meo om. ed. Med. 74 An hanc haec? 75 quase scripsi quae 'alii' libri ap. Areualum quasi teste Jos. Kleinio Wolfenb. Monac. Par. 7582, vulgo in choro, eiecto pila glossemate, ut plenus a uoce quase septenarius incipiat, scribendum esse persuasit Buechelerus conl. Plauti Curcul. 296. in choro pila libri pila in choro Bothius datatim expunctum et suprascr. data tympana Gu. 3 dotatim edd. pr. duae se Otto sese libri De lusu ipso uide Marquardtum antiq. Rom. V 2, 422 76 sic Pauli Festus, probauit Lachmannus in Lucr. 249, qui 'quae Isidorus addit, ea non tangere tutius' esse censebat. alii adnutat alii adnctat (adnctat 377) aliud tenet aliud amat thesaurus 372 et 376. alii adnctat alium*

'Alibi manus est ócupata, álii percellít pedem,
'Anulum dat álii spectandum, á labris alium ínuocat,
Cum álio cantat, át tamen alii suó dat digito lítteras.

III (3)

80 Facéte et defricáte

IV (10)

. utrubi cenáturi estis, hícine an in triclinío?

Similia sunt Antiphanis (inc. fab. fr. VII) apud Athenaeum I p. 14 f. *σφαῖραν λαβών τῷ μὲν διδοῦς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφηνυ' ἄμα, τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν, Κλαγκταῖσι φωναῖς κ. τ. λ.*
III Charisius II p. 178 P. 'defricate.' IV Charisius II p. 198 P.

tenet alium amat *idem* 54 alium tenet alii innuit (*sic* Gu. 1 *alii*; annuit *suprascr.* Gu. 3 cum '*aliis*'; *sed* alium admittit '*al.*' alium aduocat Gu. 4 alii aduiclat '*al.*' et ex Jos. Kleinii *apparatu* alii adnotat Paris., item Monac., in quo tamen adnotat, corr. m. 2 *tat ex it litteris.* alium adnotat *Wolfenb. denique* alii nutat *edd. pr. duae*) Isidorus amat erit fortasse qui hamat interpretetur 77 alibi] alii Gu. 2 est manus *ed. pr. altera* illi alii CFWMueller *prosod. Plaut.* 592. Scribendum fortasse alii pede percellit *Daceries peruellit libri* 78 anulum dat alii *Mueller l. l., quo uiletur hiatus.* anulum alii dat *Bothius* alii dat anulum *libri* (anolum *Wolfenb.* *anul//um, a m. 2, l in ras., Monac.*) spectandum *Bothius* (*cf. Plauti Asin.* 778) exspectandum Gu. 1 2 3 4 '*al.*' *edd. pr. duae* expectandum *Wolf. Monac. Paris.* aspectandum *ceteri* et a labris *uulgo* 79 ad Paris. alii suo dat *scripsi* aliis (alias *corr. m. 2 Monac.*) dat *libri* dat aliis *Bothius* litteras *Monac.* literas *uulgo* Isidorus uel auctor eius fortasse *textum legit, in quo septenarii in senarios commutati erant, quos tales fere fingi posse olim monui:* quase in choró pila

Ludéns datatim dát se et comuném facit.

Aliúm tenet, alii ádnuit, alibi manus

Est ócupata, alii pede (*uel* at álii) percellit pedem,

5 Alii dat anulum áspectandum, isdem á labris

Alium ínuocat cumque áño cantat, át tamen

Alii dat digito litteras.

A quibus Meinekius Menandri et Philem. rel. p. 75 de auctore uersuum dubitans in his differt: 3 tenet alium, alii aduiclat, at alibi manus 4 et alii 5 Alii dat osculum expectandum de labris.

81 cenaturis *nominatiuum pluralem commendauit Ritschelius nou. excurs. Plaut. I* 114: *potest tamen uel cenaturin siue útrubi nam siue útrubi uos siue útrubi, dic fuisse uel initio uersus monosyllabum ut sed siue dic excidisse; úterubi forma Kiesslingius statuit*

V (12)

. . . . attáttatae! caue [né] cadas amábo.

VI (6)

. . . ubi isti dúo adolescentés habent,
Qui hic ánte parta pátria peregre pródigunt?

VII (9)

85 uereor sério

VIII (2)

Sáluí et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

IX (11)

Eí ei: etiamne áudent mecum una ápparere? . . .

X (8)

Quá pro confidéntia ausus uérbum cum eo fúerim
Fácere rusus

'utrubi' V Charisius II p. 213 P. 'ei ei Naeuius in Tarentilla... atattatae idem in eadem...' Cf. inc. fab. XIII VI Charisius II p. 189 P. 'peregre pro peregrí Naeuius in Tarentilla: ubi' e. q. s. VII Charisius II p. 195 P. 'serio pro uere' VIII Charisius I p. 102 P. 'dum... Naeuius in Tarentilla: salui' e. q. s. IX Charisius II p. 213 P. 'ei ei' X Charisius II p. 193 P. 'rursus negant dici debere, sed rursum, ut iterum. Maro tamen rursus * inueni. nam is' (Naeuius?) 'in Tarentilla: qua' e. q. s. ('Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naeuius in Tarentilla' Fabricius 'Maro tamen, Rursus in arma feror; Scandunt... et tamen in locis Naeuii rursus inuenimus. nam is in T.' Putschius 'apud ueteres etiam rusus inuenimus: Naeuius in T.'

explendum esse uersiculum: cf. ad 53 adn. in olim deleueram, tuetur post Geppertum l. l. 84 CFWMueller prosod. Plaut. 348, et seruauit Ritschelius quoque 82 ne addidi (cf. Plauti Most. 324), om. cod., etiam Bentleius ad Ter. Andr. I 1, 98 amabo edd. ambo cod. 86 fortunati cod. sitis cod., om. ed. pr. 87 etiamne Keilius coniecit etiam se cod. etiam se edd. audent mecum una Fabricius: me coram malim. audent in e cum una cod. audenti ne cum una ed. pr. audenter mecum una appares? coniecit Keilius 88 pro cod. porro ed. pr. cum ceteris usus uerbum cum eo fuerim facere (om. rusus) cod., correxi. rursus uerbum cum eo ausim facere ed. pr. ausus fuerim rursus uerbum cum eo facere Putschius rursum ausus uerbum cum eo facere fuerim Lindemannus qua pro confidentia Rusus uerbum cum eo facerem? coní. Keilius, probat Ritschelius opusc. II 260

XI (4)

90 Nūmq̄am quisquam amīco amanti amīca nimis fiēt
fidelis,
Nēc erit nimis morīgera et uota quisquam

XII (5)

Prīmum ad uirtutem ūt redeatis, ūbeatīs ab ignāuia,
Dōmī patres patriam ūt colatis pōtius quam peregrī
probra.

XIII

confestim

XIV

atque

XV

pallucidum

TECHNICVS

confictant

coni. Keilius XI Charisius II p. 186 P. 'nimis' XII Charisius II p. 189 P. 'peregrī autem, cum in loco est. Plautus in Persa: qui erus peregrī est. Naeuius in Tarentilla: primum' e. q. s. (nāe naeuius cod.) XIII Charisius I p. 177 P. 'confestim, uelut competenti festinatione . . . confestim pro continuo et sine interuallo . . . Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.' XIV Charisius II p. 204 P. 'atque pro et . . . Cn. Naeuius in Agitatoria [VII], sed et in Tarentilla.' XV Varro de l. L. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona. . . . in Tarentilla: pallucidum, a luce illustre.' (tarentilli Flor. pallucidum Klussmannus, quod ioci causa ex pallore et lucido compositum puto, A. Lentzius Philol. XIII 601 hybrida originatione ex πᾶν et lucido conflatum eademque notione qua est praelucidus usurpatum esse statuebat. pacui dum Flor. pacuius dum Paris. a pacuii dum ceteri libri praelucidum O. Muellerus, quod in hac glossarum serie minus etiam probabile est quam pellucidum. Buechelerus dilucidum proposuit)

TECHNICVS. Tecnicus nominis formam commendauit Ritschelius opusc. II 483, dolosum uel insidiosum interpretans p. 499. Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona. . . . in Technico: confictant, a conficto conuenire' (conficto a confingere coni.) 'dictum.'

90 siet *Fabricius, Putschius* 91 nec nimis erit *cod., transposui* morigeret nota quisquā *cod., correxi.* morigera nota quisque *edd.* morigera et nota quisquam *Lindemannus* nēc nimis morigere morata q. *Buechelerus* 92 redeatis *Fabricius* reductis *ed. pr.* reductis *cod.* 93 domi *scripsi* domos *cod., tuctur Buechelerus decl. lat. 29: sed cf. CFWMueller prosod. Plaut. 175 sq. patres] praesens ed. pr. probra scripsi probro cod.*

TESTICVLARIA

94 Immó quos scicidi in iús conscindam atque ábiciam.

TRIBACELVS

95 Deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos.

TRIPHALLVS

Si cúmquam quicquam fílium rescúero

Argéntum amoris caúsa sumpse mútuum:

Extémpulo illo té ducam, ubi non déspuas.

Faber, Bentleius, nunc quoque probo: cf. Seneca supra 139
 discitur *Ingolst.* dicitur *F* *Magis probarem* desiderando discitur patien-
 tia, cf. 311: *sed contra ualet* 282 141 ad 235 *olim adscripsi,*

Damnāti lingua uócem habet, uim nón habet.	112
Dolor ánimi [nimio] gráuior est quam córporis.	581
Dulce étiam fugias, fieri quod amarúm potest.	129
145 Difficile est dolóri conueníre cum patiéntia.	505
Deós ridere crédo cum felíx uocer.	119
Etiam ínnocentis cógit mentírí dolor.*	141
Etiam ínpacato récte praestatúr fides.*	143
Etiam celeritas ín desiderió mora est.*	139
150 Ex uítio alius sápiens emendát suum.*	152
Et dést et superat míseris cogitátio.*	137
Etiam óbliuisci quíd sis interdum éxpedít.*	142
Ex hómínium questu fácta Fortuna ést dea.	149

TESTIMONIA. EXEMPLA.

- 143 Menandri Monost. 75 βέλτιόν ἐστὶ σῶμα γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.
 145 Caecilius Balbus Par. 82 p. 42, 13 et Walterus Burley 'difficile est iniuriar' ('iniuriam' Walterus) 'conuenire cum patientia.' Pseudoseneca de mor. 6 'dolor patientia uincitur' 147 Vincentius Bell. sp. d. 4, 112
 149 idem 4, 49 Caec. Balb. Mon. 1, 15 p. 19 'cupiditati ipsa etiam tarda est celeritas', unde 'est ipsa cupiditati tarda' (uel 'tarda cupiditati' ut Bothius) 'celeritas' inter sententias Publilianas (134 ed. pr.) relatum est. Seneca Agam. 421 'omnisque nimium longa properanti mora est.'
 150 Vincentius Bell. sp. d. 4, 27, 5, 37

ut spurium notauit Woelfflinus simul Bothius simul ut F
 142 damnati Gruterus dampnat F damnat quae Ingolst. 143 nimio
 Bothius, om. libri multo Woelfflinus cont. 53 145 Cf. 96
 Legitima uersiculus ne careret caesura duplici modo cauere studuit
 Bothius: difficulter cum dolore conuenit sapientia aut conuenire cum
 dolore difficile est sapientiae. Non credo antiquum esse. patientia
 Woelfflinus: uide supra sapientia F 146 inclusit Woelfflinus
 ridere Palatini reddere F rideri Bothius irritare male con. Woelfflinus
 uocer conieci: cf. 241 uocet F fouet Palatini uocat Gruterus
 147 innocentis BPR innocentes CFB coget PR 148 etiam
 Erasmus et tamen Lβ inpacato (h. e. hosti: cf. 161) scripsi peccato
 BR huic peccato F peccatori B sec. m., β in peccato Pilhoeus peccanti
 Woelfflinus cont. 52. 57 (qui quid P habeat testari neglexit)
 p̄rat β 149 Cf. 302 norma Vinc. 150 uitio alius Ritschelius
 opusc. II 667. 675 uitio alterius CELβ alterius uitio Vinc. 151 deest
 libri superest Gryph., Bentleius, fort. recte 152 qui C, Bentleius
 ex cod. Caiano, bene. quod sis Panthaleon quid sit cod. Panth. quod
 scis aliter, non male 153 et hominum P questu BCFP^b, ut proposuit
 Erasmus quaestu P^aR q̄stu β farta β est fortuna dea CF

	Effúgere cupiditátem regnum est úncere.	131
155	Exul, si tibi núsquam domus est, síne sepulcro es mórtuus.*	102
	Etiám qui faciunt óderunt iniúriam.*	144
	Erípere telum, nón dare irató decet.	133
	Exílium patitur pátriae qui se dénegat.	150
	Etiám capillus únus habet umbrám suam.*	138
160	Eheú quam miserum est fíeri metuendó senem.	132
	Etiám hósti est aequus qui hábet in consilió fidem.	140
	Excélsis multo fácilius casús nocet.*	147
	Extréma semper de ánte factis iúdicant.	151
	Ex líte inulta grátia est formósior.	586
165	Etiám bonum saepe obest assuescere.	584
	Fidém qui perdit, quó se seruet rélicuo?*	169

TESTIMONIA. EXEMPLA.

154 Vinc. Bell. sp. d. 4, 146 156 idem 4, 132 157 Respexisse
 Woelfflino uidetur Seneca de ira 1, 19, 8 'male irato ferrum committitur.'
 160 idem 4, 74 *161 idem 4, 58 162 idem 4, 127

154 effugere PR cupiditatem effugere Vinc. 155 exul, si tibi scripsi exuli ubi Lβ exul is cui Gruterus, probavit Bentleius exulanti ubi Woelfflinus peruerse cul Erasmus domi β es mortuus scripsi est mortua PR mortuus est B est mortuum F est mortuus β 156 etiam Vinc. et CL, quos male sequitur Woelfflinus faciunt B sec. m. CFPRβ fecerunt B. m. 1 receptum a Woelfflino oderint Bentleius odio habent Erasmus 157 CE eripere irarum officia, non suggerere tela irato decet T 158 patitur C, Gruterus pati est Lβ est pati Erasmus patriae se denegare B sec. m., β Gryph., unde Fabricius se denegare patriae exilium est pati, melius patriae se denegare est exilium pati Reinholdus 159 unus om. C suam] unam β 160 Euh, corr. Ehu β En Bern. alter (n. 527 saec. 15) heu C senem] mense R heu quam miser est sic metuendo senescere Vinc. 162 Excelsus F Cf. 667 163 indicant Bothius 164 inulta scripsi multa libri multo con. Io. Casp. Orelli amantum susp. Gruterus gratiast scripsi gratia fit libri synizesi non toleranda. Conferunt uulgo 131 165 inclusit Woelfflinus Cf. 45. 325. bono con. Gruterus saepe F saepius Ingolst. Numeris uel quod Woelfflinus proposuit persaepe uel quam saepe uel saepicule satis facit. saepe est aedsuoscere Palatinus 166 Cf. 179 quo se seruet B pr. m. corr., F quo se seruat BCP quo reseruat R quid 21*

Fortúna cum blandítur, captatúm uenit.*	164
Fortúnam citius réperias quam réteinas.*	166
Formónsa facies múta commendátio est.*	163
170 Frustrá rogatur quí misereri nón potest.	597
Fortúna unde aliquid frégit, cassum est . . .	172
Fraus ést accipere quód non possis réddere.*	173
Fortúna nimium quém fouet, stultúm facit.*	167
Fatétur facinus, sí quis iudiciúm fugit.*	154
175 Félix improbitas óptimorum est cálamitas.*	156
Ferás, non culpés quód mutari nón potest.*	158
Futúra pungunt néc se superarí sinunt.	176

TESTIMONIA. EXEMPLA.

168 Vincentius Bell. sp. d. 5, 121 169 Diogenes Laertius V 11, 18
 τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν (Aristoteles) ἐπιστολῶν συστατικώτερον.
 172 Vincentius Bell. sp. d. 4, 53 6, 15 . cf. Seneca de benef. 5, 6, 2
 'Socrates dixit, se nolle beneficia ab eo accipere, cui non possit paria
 reddere.' 174 Vincentius Bell. sp. d. 4, 65 175 idem 4, 82
 176 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 (uide ad 55) Io. Saresberiensis
 Policr. VIII 14

sibi seruat *E* quo se fert β relicuo *Bentleius* reliquo *C* et *optimus*
codex Gruteri reliquum *BEPR* in reliquum β non est relictum *F*
 quo adseueret relicuom? *scribendum puto* 167 *capta dum R*
 168 *fortuna P* *repperias FP^a β* rapies, *ortum ex repies C* repe-
 rias al' repellas *Gryph.* 169 *formonsa P^a* *formunsa P^b* *for-*
monso R *formosa BCF β* *muta CF β* *Bambergensis, Erasmus multa*
BP^aR multo *P^b* est *om. β , Fabricius* 170 *miserere P* *miseri C*
 171 ubi *B* *cassum F* et *codd. meliores Gruteri* quassum
BCPR β *cassum penitus est Gruterus: inmo cassum est, non perit.*
Exitus uersus fortasse superioris uerbis extremis non potest absumptus
fregerit, cassa est fides con. Bucchelerus 172 *CE* . *Cf.*
 573 173 *f. quem minimum C* 174 *facinus fatetur Gryph.*
 si quis *scripsi* hie qui *EP^b* is qui *FP^aR β* , *item B nisi quod una*
littera ante is crasa est. qui *C Vinc.* quisquis *Woelfflinus* *fugit*
iuditium E *fateatur facinus prompte qui iudicium fugit manifeste T*
 'Ceterum hanc sententiam post u. 168 *exhibet F, sed rectius hic*
collocari iudicio est eiusdem codicis corruptela iudicium facit, ortu
ex u. 173' (Woelffl.) 175 est *post felix Vinc.* 176 non (*prius*
ut suspicor) *om. Macrobií Par. m. 1 cum Med. a quam Helu. a*
eiusdem *culpás Gellíi Thuan. culpás Reg. Lugd. uitari C, Gel-*
lius non minus bene. imitari β m. 1, uell. editi., Io. Saresb. potes T
 177 *pungunt (i. e. urgent) scripsi pugnans CFP^aR β* non pugnans

	Furór fit laesa saépius patléntia.	175
	Fidém qui perdit, níl pote ultra pérdere.*	160
180	Facílitás nimia pártém stultitiaé sapit.*	153
	Fidés ut anima, unde ábiit, eo numquám redit.*	162
	Fidém nemo umquam pérdit nisi qui nón habet.*	159
	Fortúna obesse núlli contenta ést semel.*	168
	Fúlmen est, ubi cúm potestate hábitat iracúndia.*	512
185	Frústra, cum ad senéctam uentum est, répetas adu- lescéntiam.*	511
	Falsúm male dictum máliuolum mendácium est.	589
	Féminae natúram regere désperare est ótium.*	509

TESTIMONIA.

178 Gellius l. l. Macrobius l. l. Io. Saresberiensis l. l. Vincentius
Bell. sp. d. 4, 79. 133 179 idem 4, 58

BP^b nec *R*, *Bothius* ne *BCFPβ* sperari uel expectari conicias, ut non sperari tantum, sed re uera euenire dicantur futura sinunt *R*, 'si recte legi' (*W.*), *Bothius* sinant *BCFPβ* ut . . . sinant *Erasmus* Duos uersus, prioris initium Futura . . . (ceteris amissis), alterum talem fuisse *Furiosi* pugnant, ne se superari sinant *coni.* *Buechelerus* 178 *C* sit *Sangerm. Gellii* furore fit atrocior *T* inlaesa *Gellii Magt.* inlesa *Petau. Reg.* in lesa *Sangerm. Lugd.* ≡ ≡ lesa (eraso in) *Voss.* illesa *Thuan.* saepius lata (al' laesa) *Io. Saresberiensis* sapientia β sapientia, in *mg.* patientia *Gryph.* laesa sapientia saepius *Vinc.* 79 179 *Cf.* 166 qui fidem *Vinc.* perdidit *B* perdiderit *T* nil pote *Erasmus* nihil potest *CEL Vinc.* nichil pot' β nihil poterit *T* ultra *om.* *R* perdere ultra nil potest *Pithoeus, eleganter* 180 nimia *Woelfflinus conl.* u. 278. 392 animi *CLβ* partem scripsi ad partem libri sapit *BPR* ut u. 300. rapit *B* sec. m. *suprascr.* *CFβ*, quod uulgo probant. caput *Buechelerus* felicitas nimia animi stultitiam facit (*cf.* 173) non commendo 181 ut anima *Erasmus* unanima *CLβ* sicut anima *Woelfflinus* abiit *C*, *Erasmus* abit *F* habet *BPRβ* eo *om. libri* n. eo redit *Panthaleon* 182 nemo *suprascr. in B* sec. m. uero β numquam *BCβ* qui non perdit *F*, sed idem post 193 iterum: *Fidem* nemo perdit, nisi qui non habet 184 flumen *F* habitat *om. C:* agitat *conicio* fulmen est procul dubio potestas cum iracundia *T* 185 uentum *om. C* est uentum *Bentleius* repetas *BCPR* repetis β recipis *F* adolescentiam *BFβ* 186 sententia nimium quantum languet iudicium est *C* 187 feminae curam *R* seminarum curam *Pithoeus* feminam maturam *Zwingerus* feminae tutelam *Bentleius* regere] gerere *Pithoeus et cum tribus codd. suis*

Ferás difficilia, út facilia pérferas.*	157
Fortúna uitrea est: túm cum splendet frángitur.*	171
190 Ferás quod laedit, út quod prodest pérferas.	591
Facít ratum Fortúna, quom nemó uidet.*	179
Fortúna in homine plús quam consiliúm ualet.*	165
Frugálitás miséria est rumorís boni.*	174
Graue praéiudiciúm est quód iudiciúm nón habet.*	181

TESTIMONIA. EXEMPLA.

188 Vincentius Bell. sp. d. 4, 82 189 idem 5, 121 190 idem 4, 82
 192 conferrí Nauckius iubet cum Chaeremonis tragici poetae fr. 2 p. 607 N. τὴν τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. 193 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 (uide ad 55) Io. Saresberiensis VIII 14. VIII 13 'luxuriam persequi uideor ad laudem frugalitatis mihique ab insulsis inepte uiuentibus et indiscrete loquentibus illud Publ. Clodii subsannando ingeritur, quia frugalitas boni rumoris inserta est' (in mg. 'al' miseria').

Benleius rege redet spere *P* est otium *Pithoeus* otium est *L* hodium est *C* est omnium *Erasmus* 188 feras *CFPR Vinc.* fer *Bβ*, *Erasmus* difficilia ut facilia *CLβ* facilia, ut difficilia *Benleius*: in utramque partem uera haberi potest sententia, ut emendatione *Benlei* opus non sit, immo perferendi notio ad facilia melius etiam quam ad difficilia quadrare uidetur (cf. 190). facilia ut facilius *Cotton*. difficultatatem ut facilia *Gryph.* perferas *BPRβ* perfeceris *C* leuius perferas *F Sidn.* *Cotton*. leuius feras *Erasmus* difficilia feras ut facilia leuius perferas *Vinc.* fer difficilia ut et facilia perferas *Pithoeus* feras difficilia, ut felicia perferas laudandus quod abiicit *Woelfflinus* 189 interea *Vinc.* est om. *E* cum, omisso tum, *C* quae cum *Vinc.* 190 Cf. 188 ut et quod *Ingotst.* ut et id quod *Gruterus* perferas *Panthaleon* feras *CLβ Vinc.* 191 ratum scripsi (cf. *Cic. de diuin.* 1 39, 84 'cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum') gratum libri gradum *Nauckius* p. 194. gratum facit *Benleius* quom scripsi quem *FP^aRβ*, *Woelfflinus* absurda sententia malis numeris, uerbis obscuris conclusa. quam *P^b* cum *B* cui . . . inuidet *Benleius* quam . . . inuidet olim conieci 192 in homine conicio (nam homini uix quisquam probabit) homini (uel homine codd. *Benlei*) *CFP^aRβ* hominum *BP^b* in re omni uel ad omne *Benleius* humanum *Casp. Orellius* hominibus uel omnino *Bothius* plus homini *Gruterus* 193 miseria est libri *Macrobiani* inserta est *Gelliani*, nisi quod miseria ē in ras. m. 2 *Voss.*, *Scaliger* ad *Manil.* p. 454, non probauit *Salmasius* exerc. *Plin.* p. 789 b, *D* incerta est *Palat.*, plerique codd. *Benll.*, probabat *Salmasius* est miseria *Io. Saresberiensis* c. 14 est inserta (al' miseria) idem c. 13 maceria est *Gronouius* magistra est aliquando in mentem uenit fragilitas rumoris boni miseria est *F* 194 est proiuditiúm *R* at graue || est quod prae || habet *P^a*

- 195 Grauíssima est probi hóminis iracúndia. 602
 Grauis ánimi poena est quém post facti paénitet. 600
 Grauis ánimus dubiam nón habet senténtiam. 601
 Graúius est malum ómne, amoeno quód sub aspectú
 latet. 183
 Grauíus nocet quodcúmque inexpertum áccidit.* 184
 200 Grauis ést inimicus sí qui latet in pectore. 219
 Grauíssimum est impérium consuetúdinis.* 182
 Graue crímen, etiam léuiter cum est dictúm, nocet.* 180
 Heu quám difficilis glóriæ custódia est!* 188
 Homo éxtra corpus ést suum, cum iráscitur. 193
 205 Heu quam ést timendus quí mori tutúm putat! 189

TESTIMONIA. EXEMPLA.

195 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133 196 idem 5, 22 'grauis ànimi poena est proximumque ad innocentiam locum tenet uerecunda peccati confessio.' ad quae cf. Pseudoseneca de mor. 94 197 Vincentius Bell. sp. d. 4, 86 199 idem 4, 82 200 idem 4, 106 201 idem 5, 43
 203 idem 5, 67 204 idem 4, 133

'extremo marg. ad dextram rec. m., 'unde colligitur librarium scrip-
 sisse graue [iudicium] est quod prae[iudicium non] habet, quomodo
 Pithoeus edidit' (W.) 195 CE probi] sibi Vinc. uerecun-
 dia, C cf. 53 et 685. 196 Cf. 271. 432. 601. post facti
 BPR, eraso facti F corr. (p̄ factum ante corr. ut uid.) post factum β
 quem potest facti penitere C Malim si quem facti p.
 grauis poena est poenitenti. cui post factum cruciantur animi T
 197 C 198 Cf. 200 grauius est malum omne BPRβ grauius
 est omne malum C grauius malum est omne F g. malum omne est cod.
 Palatinus, quem secuntur Gruterus et Woelfflinus graue est m. o.
 Erasmus amoeno addidi, om. libri grauiúst malum omne quod
 s. a. l. non satis facit. grauiust malum comi quod aspectu latet
 con. Casp. Orellius 199 CE citius nocet quicquid Vinc.
 200 inclusit Woelfflinus Cf. 198 grauis scripsi grauius P^b. (ni f.)
 R grauior BCFP^a corr. rec. m. β Vinc. inimicus si qui scripsi
 inimicus is qui B inimicus in his P^b inimicus qui ceteri grauis
 est scrupulus delitiscens inuisus in p. T latitet in p̄na Bern.
 alter grauior inimicus Erasmus inimicus grauior (om. est) Bothius
 sub pectore Erasmus 201 C consuetudinibus B 202 dictum
 est Bentleius: fort. iactum ut 252 203 Cf. 293 difficile C
 difficilis est gloriae c. Vinc. 204 est suum EPRβ suum est BCF,
 Vinc. hominem extra c. facit fernalis (furalis coni. W., fort. feralis)
 incensio T 205 Cf. 364 timidus CF timendus est β
 moriturum C, item F ante corr. ut uid. amorem tuum B pr. m.

Hómo, qui in homine cálamitoso est mísericors, me-	
	minít sui.* 517
Honésta turpítudo est pro causá bona.*	507
Hábet in aduersís auxilia, qui ín secundis cómmo-	
	dat.* 513
Heú quam miserum est áb eo laedi, dé quo non pos-	
	sís queri!* 515
210 Hominem éxperiri múlta paupertás iubet.*	191
Heú dolor quam míser est, qui in torménto uocem	
	nón habet!* 514
Heú quam multa paénitenda incúrrunt uiuendó diu!* 516	
Heu quá m miserum est discére seruire, ubi sís doctus	
	dominári! 783
Habét suum uenén um blanda orátio.*	185

TESTIMONIA. EXEMPLA.

206 Vincentius Bell. sp. d. 4, 67 207 idem 4, 82 208 idem 4, 67
 209 idem 4, 138 210 idem 5, 78 211 idem 4, 112 212 idem
 5, 102 sp. nat. 31, 88 213 Vincentius Bell. sp. d. 5, 43 214 idem
 4, 168 Menandri Monost. 37 ἀρ' ἐστὶ θυμοῦ φάρμακον χρηστός λόγος.

206 Cf. 208 misericos est *Vinc.* memor est, *suprascr.*
 † memiuit β 207 C est *Woelfflinus* est mori *CLβ, Vinc.*
 causa bona *BCPR* bona causa *Fβ, Vinc.* Est honesta turpitudō
 pro bona causa mori *Erasmus* Cf. 76 208 Cf. 77. 206
 aduersis auxilia *BCEPRβ, Vinc.* aduersi consilia *F* commendat *R*
 ut infra 220 209 excidit in *F, cf. ad 213* ab illo *C* ab
 aliquo *Vinc.* laedi ab eo *B* non possis queri *B* non conpossit
 quaeri *P^aR* non conpossit queri *P^b* conpossit quaeri *R* sec. m. in
 marg. non possit queri *B* sec. m. 'si recte legi' (*W.*) β, *Vinc.* nequeas
 queri *C* non ausis queri e *codd. Beulleius, quod non minus nunc*
placet quam olim. 210 *C* 211 *CE* heu] heu pro *B*
 dolor om. *C* miserum *Vinc.* tormentis *Grulerus* uocem qui
 in tormento *Antonius* 212 *CE* poenitenda *F* incurruunt
 homines *Vinc.* occurrunt *C* uiuentes diu *Palatini Gruteri* diu
 uiuenti *C* heu quam paenitenda incurruunt homines u. d. *Erasmus,*
quem olim secutus sum Quam p. i. uiuenti diu *unus Palatinus*
 213 *anapaesticum septenarium esse fugit editores; inclusit Woelffl-*
linus. Extat hoc loco in BP, ante u. 210 in F omisso uersu 209,
deest in R est om. *P* discere om. *C* ubi *BCPβ* ubi non *F*
 nisi *Vinc.* sit β m. 1 doctus sis *Vinc., melius. doctus fueris C*
 214 *CE* habet uirus occultum blanda miseratio *T*

215	Homo tótiens moritur, quótiens amittit suos.*	195
	Homo fért prae se aliud, áliud furtim cógitat.	605
	Honéstus rumor álterum est patrimónium.	58
	Homo né sit sine dolóre, Fortunam ínuenit.	194
	Honéste seruit quí succumbit témpori.*	199
220	Homo uítae commodátus, non donátus est.	196
	Herédis fletus súb persona rísus est.*	187
	Herédem ferre útilius est quam quaérere.*	186
	Habént locum male dícti crebrae núptiae.	603
	Honéste parcas ímprobo, ut parcás probó.	198
225	Humánitatis óptima est certátio.	201
	Honós honestum décorat, inhonestúm notat.*	200
	Heu cónscientia ánimi grauis est séruitus!	604

TESTIMONIA. EXEMPLA.

313 λόγῳ με πείσον, φαρκάκῳ σοφωτάτῳ. cf. Phaedrus I 19, 1 'habent insidias hominis blanditiae mali.' 215 Vincentius Bell. sp. d. 4, 139. 5, 105 220 idem 5, 104. 112 sp. nat. 31, 102 221 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 lo. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55)

215 *CE* amittat *F* suis iacturam rerum patitur *T* 216 fert prae se *scripsi* semper in se *F* semper *ceteri libri* aliud, aliud furtim *scripsi* a. furecina aliud *P* a. furetinat aliud *R* (furtim at aliud *fuisse uidetur*) a. fuerit in alterum aliud *B* a. fert in alterum aliud *F* cum furit in alterum aliud β homo saepe in aliud fertur, aliud cogitat *Halmius* h. saepe furit in aliud *uel numeris quidem pessimis* fertur in aliud *e. g. s. Woelfflinus* 217 post 225 *F* Cf. 62. 83. 498 est alterum β patrimonium *BF* patrum omnium *PR* honesta fama melior pecunia est (*uoluit* est pecunia) *Fabricius ex mscr.* 218 Cf. 153 fortuna *CF* (*corr. ex fortunā*) 219 seruit *C β* , *Erasmus* seruiet *BFPR* 220 commendatur *R* commendatus *C* commodatus est non donatus *Vinc. sp. d. 104*, est *om.* 112 *et sp. nat.* 221 heredis fletus *C π* , *Bambergensis* heres fictus *L β* sup *Petau. Gellii* risus *Voss. risae' Reg. risae' ē Lugd. Gellii* 222 Cf. 323 scire *Erasmus* honestius *unus ex Palatinis Gruteri: an tutius in utilius est lalet?* 223 locum *B sec. m. suprascr.* maledicte *B* praebent l. male dicto *uel dictis desidero* crebere *R* crebrae *I^h* ineptiae *Buechelerus* 224 Cf. 345 ut parcas *Gruterus* et parcas *Palatinus* ut non careas *F* (*cf. ad 381*) ut caueas *Bothius* 226 honor *T* notat *om. T* 227 Cf. 11. 443 heu *Gruterus* (*qui tamen quam animi conscientia scripsit*) *F* hec ut uid., c in *ras.*, m. 1, hec m. 2 *F* grauis est

Hominem étiam frugi fléctit saepe occásio.	190
Hominí consilium túnc dest, cum multa ínuenit.*	192
230 Inférior reus est quídquid peccat súperior.*	213
Inimícum ulcisci úitam accipere est álteram.	218
Inuítum cum retíneas, exire íncites.*	237
Ingénuitatem laédas, cum indignúm roges.	613
In nállum auarus bónus est, in se péssimus.*	224
235 Inopí beneficium bís dat qui dat céleriter.	225
Inópiae desunt paúca, auaritiaé ómnia.*	121

TESTIMONIA. EXEMPLA.

230 Vincenius Bell. sp. d. 5, 6 233 idem 4, 51 234 Seneca
 epist. 108, 9: uide pall. inc. inc. LXVII Vincenius Bell. sp. d. 4, 144
 235 idem 4, 51 Caecilius Balb. Mon. 4, 14 'celeritas beneficium gra-
 tias facit.' cf. u. 141 236 Seneca controu. VII 18 p. 206 B 'usus colore
 est et Publilianam sententiam dedit. abdicaciones, inquit, suas ueneno
 diluit; et iterum: mortem, inquit, meam effudit. memini nos, cum lo-
 queremur de hoc genere sententiarum, quo infecta iam erant adulescen-
 tulum omnium ingenia, quéri de Publilio, quasi ille iam hanc insaniam
 introduxisset. Cassius Senerus, summus Publili amator, aiebat non
 illius hoc uitium esse, sed eorum, qui illum ex parte qua transire debe-

seruitus *Gruterus* grauior est seruitute *F* 229 deest libri 230 reus
 est *scripsi* (cf. *Enn. trag.* 194) rescit *P*, *probat* *Woelfflinus* *defen-*
dere conatus Philol. XXII 466 *sq.* nescit *ER* orrescit *B* horrescit *CFβ*
Vinc. horret *Erasmus* casat uel crescit *codd. Bentley*, unde causat *i. e.*
 causatur *olim conieci.* quicquid *Fβ* superior *BCEF* superius *PR*
Diuersa sententia est cum periculo inferior quaerit qui superius
occurrere contendit T quae correctae ab Hauptio in hunc septenarii
exitum quod superior occulit olim inter Turicenses sententias (u. 820)
edidi 231 est accipere *Fabricius* 232 incitis *P* incitas *C*
 233 post 276 *F* laedis *BFPR* *pr. m. β* laedis *B corr., C*
P^a sec. m. laedit *Vinc.* cum] qui *Vinc.* dignum *B* roges
BCFPR rogas *P^a sec. m. β* rogat *Vinc.* honestatem laedis cum
 pro indigno intercedis *T*, in quibus laedis et interuenis *corr. Hauptius*
 234 in nullum *Seneca* nulli *Vinc.* in nullo *ELβ* est *om. β*
 qui in se (*suprascr. m. 2* qui) *B* inopi *Vinc.* 'fortasse ipsi, nisi
 potius corruptela orta est ex u. seq. initio' (*W.*) 235 *E* bene
 beneficium *β* beneficium uero (*om. inopi*) *Vinc.* bis datur *B*
 dat is *Vinc.* qui *om. β* plus dat qui celeriter praestat *T*
 236 inopi *B m. 2 β* desunt pauca *Gruterus et Bentley* parua
 desunt *Lβ, Vinc.* ca (*quod cuncta interpr. W*) desunt *C* multum
 deest *prop. Erasmus* desunt multa *Woelfflinus* auaro *B m. 2*
 desunt auaro autem *β* desunt inopiae multa *Seneca minor natu*
 desunt luxuriae multa *Seneca maior, quorum testimoniis sat probatur*

Instrúcta inopia est ín diuitiis cúpiditas.*	229
Inuítat culpam qui peccatum praéterit.	238
Lucúndum nihil est nísi quod reficit uárietas.*	246
240 Ingénuitas non récipit contuméliam.	612
'Inritare est cálamitatem, cúm te felicém uocas.*	521
Inpúne pecces ín eum, qui peccát prior.*	226
Ingrátus unus ómnibus miserís nocet.*	216
In míseri uitam túta contumélia est.	223

TESTIMONIA. EXEMPLA.

rent imitarentur, [non imitarentur] quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum tragicumue aut Romanum aut Graecum, ut illum uersum quo aiebat unum uersum inueniri non posse meliorem [628] et illum de eadem re dictum [236]; ut illos uersus, qui huic quoque ter abdicato possent conuenire [438] et plurimos deinceps uersus referebat Publili disertissimos.' Publilianae sententiae similitudo apud eundem contron. VII 17 extr. p. 202 B. et 19 p. 211 B infertur. Senecae epist. 108, 9 ad pall. inc. inc. LXVII descripsi. Vincentius Bell. sp. d. 4, 144 237 idem 4, 146 238 Cf. Seneca Troad. 300 'qui non uetat peccare, cum possit, iubet.' 243 Vincentius Bell. sp. d. 4, 54

desunt uerum sententiae initium fuisse: potest autem duplicem Publilius sententiam protulisse: desunt inopiae pauca et desunt luxuriae multa 237 CE inopia instructa C 238 Cf. 528. 535. 592. 645 inuitat C (cf. T), Erasmus in se uitat Lβ inseruit fuit cum comicerem ipse intrat Bothius, (cf. 285), olim recepi, et latet ipse in scriptura L delictum Gruterus inuitat culpam profecto qui peccantem non ulciscendo praeterit T 239 nil Woelfflinus nisi om. C 240 Cf. 284 recepit P (bona forma), item R sed puncto supra e addito fert T 241 hoc loco BEPR, post u. 263 F, utroque loco β Cf. 146 inuitareconi. Gruterus, probat Nauckius, fortasse recte. felicem uocas Ingolst., probat ut olim scripsi Nauckius f. uocaueris BCβ infra f. uocaberis EPR f. dixeris Panthaleon f. uoces β, Woelfflinus, cf. 146 et 308. uocaueris felicem F 242 pecces BFβ peccis R peccas C pecas P prior Bentleius rarior CL rarius β inpune profecto peccas qui prior in eum (immo in eum qui prior) peccauerit T impune peccat cum quis peccat rarior Fabricius, carior aut rarius Erasmus 243 Cf. 309 omnibus miseris Ingolst. miseris omnibus Lβ, Vinc. missis omnibus C ingratus uni omnibus miserior ingratescit T 244 in miseri uitam tuta Halmius: cf. 277 in misera uita etiam F in miseria uita PR in misera uita B in miseri uita β in misero uita est etiam Bothius in miseri uita uita cum amico Gruteri olim edidi in miseri uita inulta Gruterus in miseria etiam uita Woelfflinus

245	ἴτα amicum habeas, pōsse ut facile fieri hunc inimicūm putes.*	522
	Inuidiam ferre aut fōrtis aut felix potest.*	234
	In amōre semper mēndax iracūndia est.	
	Inuidia tacite, sēd inimice irāscitur.*	235
	Irātum breuiter uītes, inimicūm diu.*	239
250	Iniūriarum rémedium est oblīuio.*	222
	Ἰracundiām qui uincit, hōstem superat máximum.*	520
	Iactūm tacendo crímen facias ácrius.*	203
	Ἰn malis speráre bene nisi ínnocens nemó solet.*	518
	In iúdicando críminosa est céleritas.*	236
255	Inimicūm quamuis hūmīlem docti est métuere.*	217

TESTIMONIA. EXEMPLA.

245 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) Vincentius Bell. sp. d. 5, 88 cf. Caec. Balb. Mon. 15, 11. Sophoclis Ai. 667 ὁ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρκτεός, Ὄς καὶ φιλήσαν αὐθις· ἐς τε τὸν φίλον Τοσαύτ' ὑπουργῶν ἀφελείν βουλήσομαι, Ὄς αἰὲν οὐ μενοῦντα. 250 Seneca epist. 91, 28: uide ad pall. inc. inc. LXXIII. Vincentius Bell. sp. d. 4, 83 Caec. Balb. Mon. 48, 8 'magnum iniuriae r. e. o.' 251 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133 254 idem 4, 93 255 idem 4, 27 cf. Phaedrus I 28, 1 'quamuis sublimes debent humiles metuere.'

245 item *Lugd. Gellii* habeas] has *idem* facile *om. Gellius et Macrobius* fieri in *B sec. m. suprascr.* hunc inimicum putes β, *Gellius* (nisi quod amicum, *suprascr.* inimicum *Voss.*) *et Macrobius* putes hunc inimicum *F cum ceteris libris Bentl.* hunc non inimicum putes *BPR* ut hunc fieri posse inimicum putes *Vinc.* ut posse inimicum fieri putes *Saresberiensis* ut inimicum fieri posse scias *C* 246 *CT* ferre] superare *Gryph.* aut felix aut fortis *T* an fortis an felix *F* flix *PR* 247 ad 13 *olim adscripsi* iracundia, *add. m. 2* est *B* est iracundia *F* 248 *iterum post* 262 inuidia tacita citius inimica irascitur *F* minute *Erasmus* munit e *Gryph.* *Reinholdus* 249 *C* 250 *CT* Magnanimo iniuriae remedium obliuio est *Pithoeus* medicina sola est miseriarum obliuio *aliter* 251 *CE* maximum superat hostem *F* hostes maximos debellauit *T* 252 *Cf.* 331 iactum] *cf. Salmasius ad Ael. Lampr. Comm.* 7 lectum *F* factum *Gryph.* *Pithoeus*, *ctiam Bentleius* fictum *Orellius* dictum ut 202 *Buechelerus* tacendo *Bβ et Panthaleon* tacendum *P* tacentem *FR* facies *R* 253 *CE* sperare bonum β bene sperare *C* 254 iudicando *BCFβ* (*cf.* 32) uindicando *EPR Vinc., Bentleius cum libris suis* criminosa mora est celeritas *C* 255 *C* cauti *Nauckius p.* 195, non male

In calamitoso risus etiam iniúria est.*	210
Iudéx damnatur, cüm nocens absóluitur.*	247
Ignoscere humile est, nisi pudet cui ignoscitur.	607
In rébus dubiis plúrimi est audácia.*	227
260 Illó nocens se dámnat, quo peccát die.*	209
Ita créde amico, né sit inimicó locus.*	243
Irátus facinus étiam consiliúm putat.*	241
Inuúdia coquitur quód uidet, non quód subest.	233
'Inprobe Neptúnum accusat, qui íterum naufragiúm	
facit.*	519
265 Iniúriam aures quam óculi faciliús ferunt.	220
Iacet ómnis uirtus, fáma nisi laté patet.	202
Ignís calorem súm etiam in ferró tenet.	207
In Vénere semper cértant dolor et gaúdiúm.	231
In amóre forma plús ualet quam auctóritas.	609

TESTIMONIA. EXEMPLA.

257 Vincentius Bell. sp. d. 4. 66 261 Cf. Caec. Balb. Mon. 15, 16
 262 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133 263 Cf. Menandri fr. 296, 3 ούτος
 μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομιζέται, Ἐπὶ δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας, τρισάθλιος.
 264 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr.
 VIII 14 (uide ad 55)

256 calamitosum *coni. Halmius: cf.* 277 etiam risus *C* 257
CE, cf. 614 innocens *Eβ* 258 humile *scripsi* hominum *libri*
 humanum *Erasmus* odio *coni. Buccheclerus* est *erasum in B, om.*
Erasmus nisi *Lβ* ubi *Erasmus, probauit cum ceteris Woelfflinus*
 cui *om. F De synaloepha cf.* 112 259 plurimi (*uel plurimum*) *Eras-*
mus plurima *CLβ* 260 ilo *R* innocens *C* quod *P* diu *B* 261
 crede *BCEP^aRβ* credo *P^b* credas *F* ut ne *Bothius, probo etiam nunc*
 imico *P^b* amico *sed suprascr. pr. m.* inimico *B* 226 *CE*
 facinus etiam *scripsi* etiam facinus *libri* 263 coquitur quod uidet,
 non quod subest *scripsi adsensus Nauckio, qui p.* 195 loquitur quod
 uidet, non quod subest *proposuit cont. Menandri fr.* 296 id loquitur
 non quod (quo *β*) subest *BPRβ* id quod uidet loquitur. non quod
 subest *F* loquitur non quod est, sed quod subest *Godofredus* loquitur
 quod subest, non quod uidet *Woelfflinus inepta addita interpretatione*
 264 *T, deest in CEL* na≡ufragium *Voss. Gellii* facit
om. Macrobbi Bumb. m. 1 fecit *Voss. Gellii* 266 patet *Palatinus*
 pateat *F* 267 calorem suum etiam *scripsi* etiam suum calorem *F*
 suum calorem etiam *Gruterus* 268 Venere *Gruterus* uenerem *F*
 certant *scripsi* certat *F* 269 amore *Gruterus* amorem *F*

270	Ingráta sunt beneficia, quis comes ést metus.	215
	Imprúdens peccat quém post facti paénitet.	
	Inértia indicátur, cum fugitúr labor.	
	Irátus cum ad se rédiit, sibi tum iráscitur.*	240
	In amóre semper caúsa damni quaéritur.	610
275	Iucúnda macula est éx inimici sánguine.	245
	In Vénere semper dúlcis est deméntia.	232
	In mísero facile fít potens iniúria.	617
	Intérdum habet stultítiae partem fácilitas.	750
	Inértia est labóris excusátio.	212
280	Iniúriam fácilis facias quám feras.	616
	Irátus nil non críminis loquitúr loco.	619
	Incértus animus dímidium est sapiéntiae.	211
	In túrpi re peccáre bis delínquere est.	230
	Ingénuus animus nón fert uocis uérbera.	214
285	Iniúriam ipse fácias, ubi non uíndices.	221
	Is mínimo eget mortális, qui mínimúm cupit.	242

TESTIMONIA. EXEMPLA.

271 Contulit Woelfflinus Senecae Agam. 244 'quem paenitet peccasse paene est innocens.' 286 Seneca epist. 108, 11: uide pall. inc. inc. fab. LXV. Caecilius Balbus Mon. 12, 8 p. 23 W. Pseudoseneca de mor. 46

270 quis *Gruterus* quibus *F* 271 ad 196 olim *adscripti*
 post *Gruterus*, om. *F* mox *coni. Halmius* 272 indicatur olim (ad
 279) *scripsi* cum iudicatur *F* tum indicatur *Bothius* iudicatur *Gruterus*
 273 rediit *Beulleius* redit *F* 275 *Tragoediam supit sententia*
 locunda *F* inimici *Ingolst.* inici *F* 278 *Cf.* 180
 facilitas *Woelfflinus* felicitas *F*, quod ut seruarietur (*cf.* 173) *transponenda cetera sic fuerunt*: stultitiae partem interdum habet 279
Cf. 272 est laboris *Ingolst.* laboris est *F* 281 nil *Ingolst.*
 nihil *F* 282 *Cf.* 139 ingenuus *prop. Woelfflinus conl.* 284
 iniunctus *Maehly*, inutiliter utrumque dimidium *Bothius (cf. Plauti Pseud.* 454) *remedium F* 283 in turpem, om. re, *schedae Palatinae*
 bis] an uix? 284 inuectiuae (inuectiuas *W.*) uocis numquam
 libertas tacet *T hinc fluxisse statuit Woelfflinus: ego septenarium*
 (832 *ed. pr.*) in medio mutilum inuectiuae uócis . . numquam libertas
 tacet etiam nunc *audjo* 285 *Cf.* 238. 528. 535 286 *Cf. prou.*
 69 *W. et sent. falso rec.* 105 p. 122 *W.* minimo *Seneca* mini-
 mum *F* mortalís om. *F*

Inimíci ad animum nullae conueniunt preces.	614
Inimíco extincto pretium lacrimae non habent.	615
Ibi semper est uictoria, ubi concordia est.	205
290 Iter est qua cumque dat prior uestigium.*	244
Ibi pote ualere populus, ubi leges ualent.	204
Loco ignominiae est apud indignum dignitas.	260
Laus noua nisi oritur, etiam uetus amittitur.*	250
Laeso doloris remedium inimici est dolor.	248
295 Lewis est Fortuna: cito reposcit quod dedit.	253
Lex uniuersa est, quae iubet nasci et mori.*	255
Lucrum sine damno alterius fieri non potest.	625
Lasciua et laus numquam habent concordiam.	249
Legem nocens ueretur, fortunam innocens.*	251
300 Libido, non iudicium est quod leuitas sapit.	257
Libido cunctos etiam sub uultu domat.	256

TESTIMONIA. EXEMPLA.

292 Vincentius Bell. sp. d. 5, 71 294 idem 4, 133 295 idem
 5, 124 296 idem 5, 104 spec. nat. 31, 101 297 idem sp. d. 4, 146
 cf. Seneca de ira II 8, 2 'nulli nisi ex alterius iniuria questus est.'
 298 Vincentius Bell. sp. d. 4, 159

287 perueniunt *Nauckius p. 196* inim. ad te animum nullae
 conuertunt preces *coni. Buechelerus* 288 *Sententia pretium aut*
causam flagitat. exitium libri, quod sana ratione defendi non potest.
 risum lacrimae non tegunt uel tegent *Nauckius cont. 221* non
 habent lacrimae fidem *prop. Buechelerus* 291 *is Nauckius p. 206*
 pote *Gruterus* potest *F* ibi ualebit *Bothius* 292 *C*
 293 *CE; cf. 203* aminittitur β 294 doloris *BCF Vinc.* dolori
PR inimici est *Bothius* est inimici *BCPR β Vinc.* inimici, om. est *F*
 295 Fortuna lewis est *Bothius* quae *Erasmus* 296 uni-
 uersa *BFPR* uniuersalis *CE β Vinc.* uniuersi *Erasmus* est om. *F*
 quae *suprascr. β* iubet et nasci *Vinc.* 297 *CET: damnauit*
Ritschelii opusc. II 666. 672 (u. Seneca supra), non inclusit
Woelfflinus. cf. 49; ceterum alius fert sententia: cf. 372 lucro,
corr. lucrum β potens *P^b* po . . . *ultimis litteris euanidis P^a*
 298 *CE cf. 617* laus et lasciua *Vinc.* 399 *Plane contruriam*
sententiam legem innocens ueretur, fortunam nocens probauerim
 300 libido non *F* libido *PR β* libidini olim *Woelfflinus, inepte*
 libido iudicium est eius q. l. s. *Pithoeus, codd. alii Gruteriani*
 301 cinctos *Salmasius ad Solin. p. 46* etiam cunctor β uultu
libri, sanum esse uix credo: num uotum corrigendum ad *Hor. epist.*

Longínquum est omne, quód cupiditas flágitat.	261
Lapsús semel fit cúlpa si iterum cécideris.	621
Lex uidet iratum, irátus legem nón uidet.	254
305 Legém solet obliuisci iracúndia.	623
Locís remotis quí latet, lex ést sibi.	259
Late ígnis lucere út nihil urat, nón potest.	622
Licéntiam des línguae, cum uerúm petas.	258
Malígnos fieri máxime ingrati docent.*	276
310 Multís minatur qui úni facit iniúriam.*	302
Mora ómnis odio est, séd facit sapiéntiam.	
Mala caúsa est quae requírit misericórdiam.	263
Mori ést felicis ánte quam mortem ínuocet.	645
Miserum ést tacere cógi quod cupiás loqui.	295
315 Misérrima est fortúna quae inimicó caret.*	294

TESTIMONIA. EXEMPLA.

309 Vincentius Bell. sp. d. 4, 54 310 idem 4, 132 311 idem 4, 94 313 Cf. Seneca ad Marc. de consol. 20, 1 (mors) 'de nullis melius merita quam de eis, ad quos uenit antequam inuocaretur.'

315 Vincentius Bell. sp. d. 4, 83

I 16, 57 sqq. *sententiam?* dampnat *F* 302 restituit *Gruterus*.
longum est quod flagitat cupiditas *F* Cf. 149 305 errore olim
bis posui (252 et 623 procecd.), rettuli ad 304, cuius uariatio est;
inclusit *Woelfflinus* obliuisci solita est *Bothius* 306 est sibi
Ingolst. sibi est *F* 307 secundum *Nauckii* p. 196 dedi emenda-
tionem. late lucere ignis ut nihil urat potest *F* late lucere ut urat
nihil ignis potest *Bothius*, ut suum prop. *Woelfflinus* (in textu nu-
meris carentia edidit). An late lucere nil ut nihil urat (uel ita ut nihil
urat, nil) potest? 309 *C* Cf. 243 malignus *P^b* malignum
Fabricius docent ingrati *Vinc.* malignos ferre maxime ingratos
docere saepe *T* 310 comminatur *T* imperatur *Vinc.* uni *CEPRT^β*
Vinc. ui *F* iniuria *F* contumeliam facit *T* 311 *C*; ad 139
olim adscripti odiosa *C* sapientiam facit *β* patientiam con-
Woelfflinus, sed cf. 139 312 Cf. 410 mala *C*, *Erasmus*
mali *FPR^β* 313 felicius *β*, libri quidam *Erasmi et Gryphis-*
waldensis, quo infelicissime abusus est *Woelfflinus* mortem
inuocet *F* m. inuoces *R^β*, quod defendi licet; cf. 319 m. inuocis
P m. inuocens *Gryph.* mors inuocetur *C* 314 tacere *C*, *Erasmus*
agere *FPR^β* *Meius* quom scribitur cupies *Panthalcon* 315
inimicos caret *PR* *Vinc.* caret inimico *C* inimicos latet *F*

Malus ést uocandus quí sua est causá bonus.*	283
Malús bonum ubi se símulat, tunc est péssimus.*	284
Metús cum uenit, rárum habet somnús locum.	287
Morí necessest, séd non quotiens uólueris.	296
320 Maíe géritur quicquid géritur Fortunaé fide.*	268
Mórtuo qui míttit munus, níl dat illi, adimít sibi.*	527
Minus ést quam seruus dóminus qui seruós timet.	291
Mage fídus heres náscitur quam scríbitur.	262
Malo ín consilio féminae uincúnt uiros.*	280
325 Mala ést uoluptas ád alienum adsuésce-re.	629
Máximo períclo custodítur quod multís placet.	524

TESTIMONIA. EXEMPLA.

317 Vincentius Bell. sp. d. 4, 129 320 idem 5, 121 322 idem 4, 74. 136. 6, 12 324 idem 5, 10 sp. nat. 31, 115 325 cf. Seneca de benef. VII 21, 2 'poenas a se exigens improbae cupiditatis, ne alieno aduesceret'; paulo supra 'cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam uoluptatem.' 326 Hieronymus adu. Iouin. I sub f. 'difficile (l. difficilest) custodire quod plures amant.'

316 sua est causa *FPR* sua causa est β , *Erasmus* est sua causa *C* sui *Bentleius* 317 *Cf.* 61. 368. 400 bonum ubi se *PR* ubi bonum se *EF\beta* ut se bonum *C* tunc peior est, *suprascr.* uel pessimus *E* tunc pessimus est β malus uir bonum quando se simulat tunc pessimus est *Vinc.* 318 dum *Godofredus* uenit] regnat uel uexat uel uigilat melius esset somnus *F* sompnus *C* souus *PR\beta* 319 necessest *scripsi* necesse sit *PR\beta* necesse est *CF* 320 *C* mal *Nauckius* quicquid *F\beta* (*quid in CPR extet nescio*) 321 munus qui mittit *Gruterus non male, ut olim secutus sim.* qui munus mittit *Antonius* nil *Erasmus* nihil *L* nichil β adimit sibi, ut olim cum *Bentleio edidi, teneo.* sibi adimit *libri, quae peruersa notatione corruptit Woelfflinus* 322 *CE* est minus quam seruus *Vinc.* 4, 74 minus quam seruus est idem *ceteris locis* timet *P* famulatur dominus, ubi timet quibus imperat prorsus *T, unde deleto prorsus senarium effecit Orellius, quem inter Turicenses sententias* (828) olim exhibui 323 *Cf.* 222 mage *Gruterus* magis *CL\beta* magis heres fidus *Pithoeus* 324 *CE* in om. β , *Vinc.* 325 uoluptas *Erasmus* uoluntas *CL\beta* ad alienum consuescere *libri, correxi* (*cf.* 165: suescere *coni. Halmius*) alienis adsuescere *Erasmus* 326 *Cf.* 408 periculo *Gruterus* periculo *CEL* lucro β seruatur *coni. Buechelerus* *Caret legiti-ma caesura septenarius: nullo melior Hieronymi* senarius.

Mala ést medicina, ubi áliquíd naturaé perit.*	265
Malaé naturae núnquam doctore índigent.	264
Miseréri scire síne periclo est úiuere.	641
330 Male úiuunt qui se sémper uicturós putant.	273
Male díctum interpretándo facias ácrius.*	266
Male sécum agit aeger, médicum qui heredém facit.*	270
Minús decipitur cuí negatur céleriter.*	290
Mutat se bonitas íriritata iniúria.	649
335 Muliér cum sola cógitat, male cógitat.*	300
Male fácere qui uult núnquam non causam ínuenit.*	267
Maliúolus semper suá natura uéscitur.*	275
Multós timere débet quem multí timent.	
Male ímperando súmmum imperium amíttitur.	269
340 Muliér, quae multis núbít, multis nón placet.*	301

TESTIMONIA. EXEMPLA.

328 Synesii de prouid. p. 125 C κακία μὲν γὰρ αὐτοδίδακτον, ἀρετὴ δὲ σύν πόνῳ κτάται contulit Nauckius, item Sophoclis quae feruntur fr. 736, 6 sqq. 330 Menandri monost. 200 ζῶμεν ἀλογίστως προσδοκῶντες μὴ θανεῖν. Vincentius Bell. sp. d. 5, 104 sp. nat. 31, 101. Cf. Senecae epist. 23, 10 'male uiuunt qui semper uiuere incipiunt.' 335 Vincentius Bell. sp. d. 5, 10 sp. nat. 31, 115 336 idem sp. d. 4, 106 338 factus ex Laberii uersu 126, ubi uide adn.

328 mali natura . . . indiget Nauckius *mélanges Gréco-Romains II 340 sq. III 197 sq.* doctore CP^b R^β doctorem P^a datore F doctriua Erasmus 329 Cf. 77 misereri scire ex ER Woelfflinus miseri scire P miseriam nescire F^β periclo Gruterus periculo L^β miserum est sine periculo nescire uiuere C miseriam nescire est sine periculo uiuere Erasmus mi-eri est nescire sine periclo u. olim uulgabatur 330 CE 331 Cf. 252 maledictum male interpretando C facies C, Erasmus agrius P 332 aeger om. cod. *Panthaleonis* 333 Cf. 469 celeriter negatur CT 334 iritata *Pithoeus* cum irritatur PR cum irritatur CF^β cum irrogatur cod. *Panthaleonis* cum irrites Erasmus 335 C mala β 336 mal Nauckius numquam non P^b nusquam non F, Erasmus nusquam nisi β numquam P^aR nonnunquam Vinc. plus quam non uult inuenit C alii causam numquam inuenit add. P^b 337 súa nascitura P^b natura sua β uescetur F uestitus C 339 CE 340 Cf. 351 nubít F^β nubet PR nubít multis, multis non placet Erasmus

	Malíuolus animus ábditos dentés habet.	274
	Medicína calamitátis est aequánimitas.	286
	Mulíebris lacrima cóndimentum est málitiae.*	299
	Metúm respicere nón solet quicquíd iuuat.	638
345	Malo étiam parcas, si úna est periturús bonus.	279
	Magnúm secum adfert crímen indignátio.	628
	Malus étsi obesse nón potest, tamen cógitat.	634
	Magis ualet qui nescit quod ualet calamitas.	626
	Mora cógitatiónis diligéntia est.	644
350	Multa ígnosendo fít potens poténtior.	647
	Multís placere quae cupit culpám cupit.	303
	Minimum éripit Fortúna cui mínimúm dedit.*	289
	Meretríx est instruméntum contuméliae.	637
	Malús bonum ad se núnquam consiliúm refert.	633
355	Manifésta causa sécum habet senténtiam.	285
	Multórum calamitáti uir moritúr bonus.	304
	Metus ímprobos compéscit, non cleméntia.	288
	Muneribus, non lacrimis meretrix est misericors.	648

EXEMPLA.

344 *Contraria Seneca de ira 2, 31 habet: 'ubi maxime gaudebis, maxime metues.'* 352 Cf. *Seneca epist. 59, 18 'quod non dedit fortuna non eripit.'*

342 Cf. 657 343 Cf. 130 condimentum malitiae est
Gruterus est condimentum malitiae *Bothius* 344 metam *Maehly*
 metus *G. Meyerus: an malum?* cui quid *coni. Halmius Malim*
 solent, si quid iuuat 345 Cf. 224 346 secum affert crimen
Nauckius crimen secum adfert *F* magna est cum crimen adfert indig-
 natio *Bothius* 347 etiam si . . potest *F* etsi . . pote *Gruterus*
 tam *coni. Bothius* 348 mage *Gruterus* quod *F* quid editores ante
Woelfflinum calamitas quid ualet *Gruterus. De Woelfflini monstro*
cf. mus. Rhen. XXV 320: uersus corrigitur, si scribas quantum
 ualeat calamitas. 349 Cf. 311 diffidentia *coni. Gruterus*
 350 *contraria* 238. 285. 394. 528. 535. 592. 645 *Proba-*
rem discendo (uel gnoscendo) multa uel multum gnoscendo 351
 Cf. 340. 532 cupit *ed. Bip. capit F* 352 Cf. [227]
 cui *Bentleius* cum *F* 353 instrumentum est *F, corr. Gruterus*
 356 calamitati *scripsi* calamitate *F* 358 *inclusit Woelfflinus.*
Creticum dimetrum metiebatur Spengelius in Caecil. p. 7: in senario

	Metuendum semper esse scias, quem tutum uelis.	
360	Mórs infanti félix, iuueni acérba, nimis serást seni.	526
	Malám rem cum uelis, honestatem ímprobes.	361
	Malum ést consilium, quód mutari nón potest.	282
	Malítia unius cíto fit male dictum ómnium.	277
	Mortem úbi contempnas, uíceris omnés metus.	298
365	Misera ést uoluptas, úbi pericli mémoria est.*	293
	Male uíncit quem post paénitet uictóriæ.	271
	Miséricors ciuis pátriæ est consolátio.	640
	Malítia ut peior uéniat, se simulát bonam.	278
	Malus ánimus in secréto peius cógitat.	632
370	Mutáre quod non póssis, ut natum ést, feras.	
	Multa ánte temptes, quám uirum inueniás bonum.	646

TESTIMONIA. EXEMPLA.

360 sententiam Rufi e cod. Par. quodam Woelfflinus contulit hanc: 'mors forti leuis, seruienti optata, obtabilis inmutatura', in quibus correxit 'inmutatura.' Sed expectatur praeterea pro illo 'obtabilis' datiuus, e. c. 'iuueni'. 362 Gellius XVII 14 Io. Saresberiensis Polier. VIII 14 (uide ad 55) omissus apud Macrobius Sat. II 7 363 Cf. Seneca Phaedr. 573 'cur omnium fit culpa paucorum scelus?' 365 Cf. Euripidis fr. 131 N. ἀλλ' ἡδὺ τοι σῶθέντα μεμνήσθαι πόνων, in Latinum conuersa a Cicerone de fin. II 32, 105: 'suauius laborumst praeteritorum memoria.'

quidem munéribus meretrix, nón fit (*sive* fit, non) lacrimis misericors *scribendum erat*. 359 *item inclusit Woelfflinus: olim ad 116 adscripsi* semper est ei quod *Gruterus Numeri corrigantur, si scribas metuéndum* semper scito ei quem t. u. *uel* metuéndumst semper qui ésse se t. uelit 360 nimis serast *Buechelerus* nimis sera *F* sera nimis *Gruterus* 361 *Vilis sententia numeris fractis* 362 *C* consilium est *Petau. Gellii* 364 *Cf.* 205 uiceris omnes metus *Bothius*, merito commendauit *Nauckius*. metus uiceris omnes *F* omnes uiceris metus *Ingolst., Gruterus* 365 *Cf.* 521 pericli *Ingolst.* periculi *F* *Dignus poeta antiquo uersiculus hic mira ést uoluptas in pericli mémoria foret* 366 quem post *conl.* u. 111. 196. 271 *coni. Woelfflinus* quem *F* is quem (*ut u.* 82) *Gruterus* quem mox *Halmius* poenitet *F* male uicerit quem p. u. *uolebam*. male uincit audaciam quem poenitet uictoria *T, unde senarius fit, si corrigas* male uicit, clam quem p. uictoriae 367 *Cf.* 471. 475 368 *Cf.* 61 369 *Cf.* 335. 457 370 *Cf.* 176 mutare (*uoluit* mutari) q. n. polis est *Gruterus in edit. a.* 1610 371 temptes *F* tempus *uulgo ante Woelfflinum*

Misérimum est arbítrio alterius úiuere.	642
Mansuéta tutióra sunt, sed séruunt.	636
Mala mórs necessitátis contumélia est.	630
375 Minus saépe pecces, sí scias quid néscias.	292
Malús quicumque in poéna est, praesidium ést bonis.	635
Nil ágere semper ínfelicist óptimum.	320
Nil péccent oculi, si ánimus oculis ímperet.*	324
Nil próprium ducas quícquid mutarí potest.	325
380 Non cito ruina opprémitur qui rimám timet.	333
Núllus est tam tútus quaestus, quám quod habeas párcere.	793
Néscias quid óptes aut quíd fúgias: ita ludít dies.*	529
Numquám periculum síne periculo víncitur.*	342

TESTIMONIA. EXEMPLA.

374 Cf. Seneca epist. 70, 20 de bestiaro, qui ante spectaculum mortem turpi modo sibi contraxerat, narrans: 'hoc fuit morti contumeliam facere.' 379 Vincentius Bell. sp. d. 5, 76 Sat aliena Sexti sent. 71 (in Orelli opusc. mor. 1, 252) 'hoc solum tibi proprium dico, quod bonum est.' Cf. CIL uol. I n. 1010 (mus. Rhen. XXVII 135): 'nive in dies et horas, nam proprium ést nihil.' 383 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) Vincentius Bell. sp. d. 4, 73

372 arbitrio alterius *Gruterus* alterius arbitrio *F*: an arbitrio alius scribendum? cf. ad u. 297 373 sq. rudi sermone expressae sententiae 375 quid editores praeter *Woelfflinum*, qui scriuauit quod *F* 376 ubicumque *malim* malus ubi nemo inpune est coní. *Nauckius mélanges III* 197 377 nil *Ingolst.* nihil *CL* nichil β infelici optimum est *C*, *Erasmus* infelcis est o. *FPR* (quo infelicist indicatur) felcis est o. β 378 nil *Erasmus* nihil *CEL* nichil β peccant *CE β* animus oculis *EPR*, *Erasmus* oculis animus *CF* illis animus *Maehly* imperat *CR* 379 nil *Erasmus* nihil *CL* nichil β ducas *PR*, *Vinc.* (cf. 423) dicas *CF β* quicquid *PR* quod *CF β* , *Vinc.* potest *CFR β* , *Vinc.* possit *P* quod mutari potest *Erasmus*, bene. quod mutarier potest *Pithocus* quod demutari potest *Buechelerus mus. Rhen. XXVII* 135 380 ruina om. *T* opprimitur *T* peritur *P^b* perit uir *FP^aR β* perit *C* perit homo *Gryph.* operitur *Woelfflinus*, non male. perit is *Pithocus* rimam *P^b* primam *P^aR* ruinam *CFT β* 381 tam tutus uel tam certus *Woelfflinus* tantus *CL β* non est alius tanti quaestus *Bothius* habeas β parcere *Ingolst.* carcere *R* arcere *CFP* arcere, *suprascr.* † carere β 382 *C* au quid *R* 383 periculum . . periclo *Gellii codd.*

	Núlla tam bona ést fortuna, dé qua nil possís queri.*	532
385	Núsquam melius mórimur homines, quam úbi libenter uíximus.*	533
	Negándi causa auárum numquam déficit.*	314
	Natúram abscondit, cum ímprobus recté facit.	305
	Non túrpis est cicátrix, quam virtús parit.	335
	Numquam úbi diu fuit ígnis, defecít vapor.	344
390	Necésse est maximórum minima esse ínitia.	780
	Non córrigit, sed laédit qui inuitúm regit.	334
	Nimia concedendo interdum fit stultitia.	
	Nil mágis amat cupíditas, quam quod nón licet.	322
	Nisi uíndices delícta, improbitatem ádiuues.*	329
395	Nullí facilius quáam malo inueniés parem.	340
	Nil nón acerbum prius quam maturúm fuit.	323
	Nocére posse et nólle laus amplíssima est.	332

TESTIMONIA. EXEMPLA.

384 Vincentius Bell. sp. d. 5, 126 Cf. Caecilius Balbus Monac. 17, 2 p. 26 (sent. fals. 252 p. 129 W.) 'nulla tam bona est uxor, in qua non inuenias quod queraris.' 386 Vincentius Bell. sp. d. 4, 144 397 Cf. Menandri monost. 638 ἀνήρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, Ἄλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται. Ausonius septem sapient. sent. 1, 6 p. 147 W. 'quod prudentis opus? cum possis, nolle nocere. Quid stulti

et Macrobii m. pr. periculum . . . periculo CELβ, Vinc., Macrobii Par. m. 2 est uincitur Reg. Lugd. Gellii 384 fortuna est F fortuna, om. est, Vinc. de om. Vinc. nil F, Erasmus nihil PR Vinc. non β queri Erasmus quaeri FPR conqri β 385 Cf. 134 ubi] cum C uinimus Bothius 386 auarum F post 422, ubi uersus repetitur. auaro CEFPRβ, Vinc. facit F infra defuit Nauckius ut necessarium, si auaro probetur 387 Cf. 61 cum improbus recte Bothius improbus cum recte F 388 turpis est cicatrix Woelfflinus est turpis cicatrix F est cicatrix turpis Gruterus 389 defecit Halmius deficit C, Gruterus cecidit F defuit Ingotst. occidit coniccerat Woelfflinus Philol. XXII 457 numquam, diu ignis ubi fuit, defit uapor Bothius 390 Cf. 548 maximorum minima esse initia Woelfflinus minima esse maximorum uitia F esse necesse est uitia minima maximorum maxima Gruterus 392 includit Woelfflinus Cf. 180. 278 Horribiles Woelfflinus numeros transponendo stultitia fit effecit, tolerabilis uide an hic sit uersiculur: nimium concedere ést interdum stoliditas. 393 nil Ingotst. nihil F quam id quod Bothius

Non uíncitur, sed uíncit qui cedít suis.	669
Necéssitas dat légem, non ipsa áccipit.	306
400 Nesció quid agitat cúm bonum imitatúr malus.	319
Nulla hóm̄ini maior poéna est quam necéssitas.	670
Non nóuit uirtus cálamitati cédere.	337
Necéssitas ab hóm̄ine quae uult ímpetrat.	650
Necéssitati quódlíbet telum útile est.	310
405 Nocére casus nón solet constántiae.	663
Non póte non sapere quí se stultum intélegit.	338
Necéssitas egéntem mendacém facit.	651
Non fáciie solus sérues quod multís placet.	336
Necéssitas quod póscit, nisi des, éripit.	308
410 Nocéns precatur, ínnocens iráscitur.*	330
Nec uíta nec fortúna propriast hóm̄inibus.	313
Non sémp̄re aurem fáciilem habet felícitas.	339

TESTIMONIA. EXEMPLA.

proprium? non posse et uelle nocere.' Caecilius Balbus p. 21 et 38 'Plato dixit triumphum innocentiae solum esse non peccare ubi liceat posse.' 398 Calpurnius Flaccus decl. 21 'cede fratri, cede uel patri. uictor eris, mihi crede, si cesseris.' 403 et 407 Cf. Quintilianus declam. XII p. 212 Obr. 'fames aspera uitalia haurit . . . haec ad humile opus nobiles manus mittit, haec alienis pedibus mendicantes prosternit, haec saepe sociorum fidem fregit, haec uenena populis publice dedit, haec in parricidium pius egit.'

394 Cf. 535 592. 395 inuenias *Woelfflinus* 396 nil *Ingolst.* nihil *F* fuit *Gruterus* sit *F* siet *Ingolst.* 397 amplissima est *Ingolst.* est amplissima *F* laudem sibi praeparat ampliorem *T* 398 cedit suis *Gruterus* suis cedit *F* 400 Cf. 61. 368 agitat *Bothius* cogitat *F* 401 homini *ex T Woelfflinus* hominum *F* necessitas *ex T Hauptius Philol. I* 665 infelicitas *F*

ti
nulla est maior homini poena quam necessitas inopia *T* Cf. 403 399. 419. 428 406 pote *Ingolst.* potest *F* 407 Cf. 147 egentem] mendicum *Buechelerus* 408 Cf. 326 serues solus *Bothius* 409 Cf. 428 nisi des *Woelfflinus* nisi dederis *F* ni dederis *Ingolst.* (quo ne quis abutatur ut ni dederis rapit coniciat, monet *Woelfflinus* p. 50) nisi das *Gruterus* 411 propriast hominibus *Buechelerus* perpetua est hominibus *F* hominibus perpes est *Gruterus* nec uita hominibus nec fortuna perpes est *Froehlichius* 412 habet felicitas *Gruterus*, quod etiam nunc praefero. habet facilitas *F* (cf. 278) facilitas habet *Meygrus*, quod minime commendatur u. 180

	Numquám non miser est, quí quod timeat cógitat.	676
	Nisi quí scit facere insídias nescit métuere.*	328
415	Negát sibi ipse quí quod difficile ést petit.*	315
	Nimum áltercando uéritas amíttitur.*	326
	Nullo ín loco male áudit misericórdia.	672
	Necéssitas quod célat frustra quaéritur.	652
	Necéssitas quam pértinax regnúm tenet!	307
420	Nemo ín mature móritur qui moritúr miser.*	316
	Nocéntem qui deféndit, sibi crimén parit.	331
	Nil nón aut lenit aút domat diutúrntas.	658
	Nil túrpe ducas pró salutis rémedio.	660
	Nolí contemnere éa, quae summos súbleuant.	664
425	Nil áliud scit necéssitas quam uíncere.	656
	Nemó timendo ad súmmum peruenít locum.	317
	Nisi pér te sapias, frástra sapientem aúdias.*	327
	Necéssitati sápiens nihil umquám negat.	311
	Non fáciie de innocénte crimen fíngitur.	667
430	Nimiúm boni est, in mórte cui nil sít mali.	662

TESTIMONIA. EXEMPLA.

415 Vincentius Bell. sp. d. 4, 51 'Socrates: negat' e. q. s. idem sp. hist. 3, 58 Caecilius Balbus Monac. 1. 13 Par. 59 p. 19. 41 Walterus Burley s. u. Socrates 416 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) Vincentius Bell. sp. d. 4, 71
430 Cf. Ennius trag. 354 'nimum boni est, cui nil mali sit [in diem]', si recte supplui.

413 timeat *Ingolst.* timet *F* 414 ni *F*, recepit *Woelfflinus*
415 ipse *Ingolst.*, *Caec. Vinc.* ipsi *C*, om. *F et Walterus Burley* est difficile *idem* 416 amittitur *Gellius* (admittitur *Reg. Lugd.*), *Macrobius* (emittitur *Palat.*), *Io. Saresberiensis*, *Vinc.* euer- titur *F* 417 nullo *Ingolst.* nullū *F* 421 Cf. 618 sibi crimen *F* crimen sibi *Ingolst.* sibimet crimen parat *T* 422 nil *Ingolst.* nihil *F* 423 Cf. 76 nil *Ingolst.* nihil *FT* turpe *F* turpius *T* tempora *Ingolst.* dicas quod fit pro salutis remedio *T*
425 Cf. 399. 409. 428 nil *Ingolst.* nihil *F* quam *Ingolst.* qui *F* 427 ni *coni. Woelfflinus* 428 Cf. 409 nil *malit Woelfflinus* 430 nimum *Ingolst.* nimirum *F* boni est in morte *Bothius*, qui in morte *perperam cum antecedentibus coniunxit*, item *Woelfflinus* (cf. *Ennius supra*) est in morte boni *F* cui nil *Woelfflinus* cum nihil *F* cum nil *Ingolst.* si nil *Bothius* siet *Ingolst.*

Ní gradus seruétur, nulli tútus est summús locus.	789
Nil ést miserius, quam úbi pudet quod féceris.	321
Nec mórtem effugere quisquam nec amorém potest.	312
Necéssitatem férre, non flere áddecet.	309
435 Nusquám facilius cúlpa quam in turbá latet.	341
Omnís uoluptas quómcumque arrisít nocet.	681
Offícium beniuli ánimi finem nón habet.	349
O uíta misero lónga, felici breuis!*	353
'Obiurgari in cálamitate gráuius est quam cálamitas.*	534
440 O dulce tormentum, úbi reprimitur gáudium!	759
Omnés aequo animo párent, ubi digni ímperant.*	350
Occídi est pulchrum, ignóminiose ubi séruias.	348
O táctum tormentum ánimi consciéntia!	352
'Óptime positum ést beneficium, ubi [éius] meminit qui áccipit.	795
445 Obséquium nuptae cíto fit odium paélicis.*	345
Occásio recéptus difficilés habet.	347

EXEMPLA.

438 Seneca controu. VII 18 p. 206 B (uide ad 236). Apollonius in Stobaei floril. 121, 34 βραχύς ὁ βίος ἀνθρώπων εὖ πράττοντι, δυστυχοῦντι δὲ μακρός.

431 seruentur *coni. Woelfflinus* 432 Cf. 601 nil In-
golst. nihil *F* 434 ferri, non fieri decet *Frochlichius* 435
nusquam *Woelfflinus* nunquam *F* 436 quomcumque *scripsi* quem-
cumque *F* quancumque, *i. e. quantumcumque coni. Casp. Orelli* cui-
cumque *prop. Woelfflinus* 438 vita . . longa . . breuis *Seneca*
uitam . . longam . . breuem *F (cf. 443)* 439 Cf. 86. 124
obiurgari *F, Benlicius* obiurgare *T, Gruterus* grauior *T* 440
ubi *Woelfflinus* aequo ubi *F (corruptum ex 441)* tormentum
o dulce aequo ubi *olim uulgabatur cf. 438. 443. 447* 441 digni
ubi *Gruterus* ubi dignus imperat *T, unde* dignus ubi imperat
male coniecit Woelfflinus 442 occidere *Bothius* pulchrum est
ubi ignominiose *F, emendauit G. Meyer* pulchrum ubi cum ignominia
Gruterus 443 Cf. 683 444 Cf. 624 ubi eius *Gruterus*,
ubi, *om. eius F* cuius *Halmius, fort. recte* ubi qui accepit me-
minerit *Bothius, admodum eleganter, si ab initio* óptime beneficium
positum est *corrigitur.* 445 fert *Bothius, bene* pelicis *F*

O péssimum perículum, quod opertúm latet!	351
Omnés, cum occulte péccant, peccant tútius.	
Occásio aegre offértur, facile amíttitur.	
450 Probús libertus síne natura est filius.*	382
Prodésse qui uult néc potest, heu quam ést miser!	383
Perícla timidus étiam quae non súnť uidet.*	371
Pudór doceri nón potest, nascí potest.*	390
Plus ést quam poena síne re miserum úiuere.	693
455 Pudórem alienum qui éripit, perdít suum.	391
Patiéntia animi occúltas diuitiás habet.	359
Peióra uoltu cógitat mutús dolor.*	365
Pecúniae uni régímen est rerum ómnium.	364
Pudór dimissus núnquam redit in grátiam.*	389
460 Perdéndi finem némo nisi Egestás facit.	366
Poena ad malum sensim sérpens, hau properáns uenit.	694

EXEMPLA.

458 Cf. trag. adesp. 238 N. χρυσός γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη.

459 Cf. Senecae Agam. 112 'periere mores ius decus pietas fides, Et qui redire, cum perit, nescit pudor.' 461 Cf. Tibullus I 9, 4 'sera tamen tacitis Poena uenit pedibus.' et alia multa.

447 periculum *Gruterus* periculum *F* quod opertum *F* opertum quod *Woelfflinus*, frustra 448 Cf. 435 occulte peccant, peccant *Woelfflinus* peccant occulte pacantur *F* tutius *Woelfflinus Philol. XXII* 458 (ocius *idem in editione*) citius *F* Sed fortasse trochaeos fuisse bene sensit *Meyerus*, qui sic restituendi sunt: omnes cum peccant occulte, peccant multo tutius. ubi omnes peccant, spes querelae tollitur *T*, in quibus medelae conii. *Froehlichius. Olim inter sent. Tur. rettuli u.* 853. 450 sine *Ingolst.* si *F* 451 heu quam scripsi aequae *F* est *Ingolst.*, om. *F* nec potest aequae, est miser *Bothius* 452 pericla *Bentleius* pericula *F* uidet praesagus *T* 454 re *Ingolst.* rem *F* spe conii. *Woelfflinus*, bene 457 uultu *Casp. Orelli* multa *F* multo *Tzschuckius* arguto *Halmius* querulo *Bentleius* ultore *Antonius* multiloquo agit *Zellius* 458 pecuniae uni scripsi pecunia *F* pecunia una *Gruterus* pecunia unum uel summum conii. *Woelfflinus*, male est regina *Ingolst.* rerum est *Gruterus* 460 Egestas (ut *Verg. Aen. VI* 276), non egestas scribendum. egestus proposuit *Gruterus* 461 fort. ad te uel olim fuit sensim serpens scripsi serpentina *F* serpens *Ingolst.* hau properans scripsi cum proterat *F* ut proterat *Gruterus* cum properat *Woelfflinus* serpenti accipiter aduenit *G. Chri-*

Plus ést quam poena iniúriæ succúmbere.	692
Pro medicínà est dolór, dolorem quí necat.	385
Patiéns et fortis se ípsum felicém facit.	684
465 Prospícere in pace opórtet quod bellúm iuuet.	387
Paréns iratus ín se est crudelíssimus.*	355
Perdíť, non donat quí dat, nisi sit mémoria.	367
Probí delicta néglegens legés teras.	381
Pars bénefici est, quod pétitur si bellé neges.*	357
470 Properáre in iudicándo est crimen quaérere.	386
Populi ést mancipium, quísqvis patriæ est útilis.*	375
Per quæ sis tutus, ílla semper cógites.	690

TESTIMONIA. EXEMPLA.

464 Cf. Cicero Tusc. disp. III 7, 14 'at nemo sapiens nisi fortis.'
 Caecilius Balbus Mon. II 2 p. 20 W. 'fortis non potest iudicari, nisi et sapiens fuerit.' 469 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Polier. VIII 14 (uide ad 55) 471 Menandri monost. 681 κοινὸν δὲ καλὸν ἔστι χρηστὸς εὐτυχῶν.

stius sero pede, at certo uenit *Machly* poena ad m. serpendo uenit ut proterat uel malos ut poena proterat serpens uenit *Bothius*
 463 est dolor *Ingolst.* dolor est *F* dolorem qui *Gruterus* qui dolorem *F* est dolorem qui dolor enicat *Bothius* 464 sapiens *coni. Woelfflinus* 465 in pace oportet *Gruterus* oportet in pace *F* 467 constitui quam proxime secutus codicis auctoritatem qui *F* cui *Bothius* quoi olim edidi dat *F* donat *Gruterus* sit scripsi est *F* memoria *F* memor *Ingolst.* perdis, non donas, nisi sit cui donas memor *Bothius*, eadem fere (sed nisi cui donas est) *Nauckius mēl.* 201 468 probi *Ingolst.* probe *F* neglegens leges teras scripsi cum legas deteras *F* iudex legens deterit uel iudicum leges terunt (ut olim edidi) uulgabatur iudex lugens detegit *Casp. Orellius* cum neglegas, leges teras numeris corruptis *Woelfflinus* edidit. deteras, cum neclegas *Buechelerus* probi legens delicta iudex deterit *coni. Gruterus* probi delicto ignoscens leges deteras *coni. Woelfflinus* dissoluitur protinus lex, cum fuerit misericors iudex *T, olim inter sent. Tur.* 823 sic a me relata: dissoluit protinus legem iudex misericors secundum *Hauptii emendationem* 469 benefici *Benleius* benefici *F* si om. *Lugd. Gellii* belle *F* uelle *Petau. Reg. Sangerm. Thuan. Magl. Lugd. Gellii* cito in ras. (m. pr. fort. belle) *Voss. eiusdem* cito *Macrobius, Io. Saresberiensis* bene *Erasmus* Non leue beneficium praestet, qui de breui renuntiat *T* 470 est crimen *Ingolst.* crimen est *F* 471 Cf. 475

Perfúgere ad inferiorem se ipsum est trádere.*	370
Peccátum amici ueluti tuum recté putes.	686
475 Poténs misericors pública est felicitas.*	377
• Pracséns est semper, ábsens qui se ulcíscur.*	379
Perfácile felix quód facit uotum ímpetrat.	688
Poenám moratur ímprobis, non praéterit.	374
Pérididisse [honéste] malle, quam ácepisse túrpirer.	
480 Paucórum est intelligere, quid celét deus.	360
Perénne coniugium ánimus, non corpús facit.	368
Pereúndi scire témpus assidue ést mori.	369
Poténti irasci síbi periculum est quaérere.*	378
Peccáre pauci nólunt, nulli nésciunt.	362
485 Paucórum improbitas úniuersis cálamitas.*	361
Pro dómimis peccare étiam uirtutís loco est.	384
Patiéndo multa uéniunt quae nequeás pati.*	358
Parátæ lacrimae insídias, non fletum índicant.	354

EXEMPLA.

479 Cf. Hesiodi Op. 352 *μη κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄττην*. Caec. Balb. Monac. 1, 3 p. 18 'lucrum turpe ut dispendium fugito.' 484 Cf. Seneca epist. 90, 46 'multum interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat.'

474 Cf. 10 ueluti *Ingolst.* uelut *F* idem ac *Buechelerus*
 475 Cf. 471 476 Cf. 552 absens qui se *Woelfflinus* qui absens *F* qui absens etiam *Gruterus* 477 Cf. 121 quod facit uotum impetrat *Bothius* quod uota (fata *Ingolst.*) imperant facit *F*, *Ingolst.* quod uoluerit impetrat uel impetrat quod uouerit *Nauckius* impetrat uota ut facit uel quod facit uoti siue quae f. uota impetrat *conieci* 478 moratur *Ingolst.* orat *F* 479 honeste *addidit Woelfflinus, om. F* accepisse *Woelfflinus* accipere *F* 480 celet, ut olim scripsi, retinui; aperta autem sententia, scil. dei, *Apollinis fortasse, mens et uox obscura a paucis intellegitur.* det *F* decet *Ingolst.* cui det *Gruterus* donet *Woelfflinus conl.* 467 dicat *coni. Buechelerus* deus *F* deos *Ingolst.* dies *Woelfflinus conl.* 137. 632 482 pereúndi tempus scire est assidue mori *malim* pereundi tempus scire est mori frequentissime *T* 483 periculum *Bentleius* periculum *F* petit qui irascitur periculum sibi generare *T*: cf. *Hauptius Philol. I* 666 484 multi *coni. Gruterus* 485 uniuersis] est multorum *conl.* 356 *coni. Buechelerus* calamitas *Ingolst.* est calamitas *F* 487 Cf. 238. 394. 535. patiēda *G. Meyerus* haud ueniunt *Machly: fort.* eueniunt 488 luctum *Bothius, bene*

	Peccátum extenuat quí celeriter córrigit.*	363
490	Pudórem habere séruitus quodámodo est.	392
	Patientia in aduersis numquam felicitas.	696
	Prudenti uultus étiam sermonís loco est.	388
	Probó beneficium quí dat, ex parte áccipit.	
	Pudór quem noenu fléctit, non frangít timor.	393
495	Poena álleuatur, úbi relaxatúr dolor.	695
	Plurés tegit Fortúna quam tutós facit.	373
	Post cálamitatem mémoria alia est cálamitas.*	376
	Probó bona fama máxima est heréditas.	
	Perícła qui audet ánte uincit, quam áccipit.*	689
500	Perpétuo uincit qui útitur cleméntia.	372

EXEMPLA.

497 Menander monost. 435 οὐ γοη̄ φέρειν τὰ πρόσθεν ἐν μνήμη κακά.
 500 Caecilius Balbus Monac. 48, 7 p. 34 'clementia perpetuo uincit
 qui utitur.'

489 qui de breui commissum commendat (emendat *corr. Woelfflinus*) *T* 490 *Cf.* 583 491 patientia interim scripsi, ut aliqua saltem sententia poneretur, quam tamen numeris probabiliter concludere non contigit (de quibus fallitur *Woelfflinus Philol. XXII* 459) potentia *Ingolst.* potest ult' (*cf.* 492) *F* patiens *Pithocus Temptau* pote uel in aduersis séruari felicitas uel potis étiam aduersis úti bene felicitas uel potin úlla esse umquam in áduersis felicitas? uel denique patiénter ferre aduersa quaest felicitas?
 492 prudenti uultus *Bothius* prudenti stultus *F* prudentis (uel pudentis) uultus *Gruterus* loco est *Gruterus* (*cf.* 486) iocus est *F* 493 ad 55 olim adscripsi. *Cf.* 530 494 *Cf.* 553 noenu uel cum *Maehlyo* nullus scribendum. non *F* pudor quemcumque non flectit, frangat *Gruterus* p. quem non reflectit, non frangit *Bothius* pudore quem non flectis (uel flectas), non *f. Woelfflinus* pudor quemquem (uel si quem) non flectit, cum frangat *idem prop. Philol. XXII* 459 495 alleuatur *Gruterus* leuatur *F* ubi relaxatur *Halmius* ubi laxatur *F* tunc ubi laxatur olim uulgo 496 legit *Bothius* facit *Ingolst.* faciat *F* 498 ad 83 olim adscripsi. *Cf. etiam* 62. 217 probo uulgo optime, miro fastidio spreto a *Woelfflino* *prol. p.* 44 pro *F* patris *Nauckius mélanges III* 198 499 pericla *Bothius* pericula *F* qui audet] timidus *Bothius* accipit] an aspicit? 500 perpetuo *Pithocus, Ingolst.* perpetue *F*

	Quamuis non rectum, quod iuuat rectum putes.	407
	Quidquid nocere didicit, meminit cum potest.	418
	Qui metuit calamitatem, raro accipit.	718
	Quam miserum est mortem cupere nec posse emori!	403
505	Qui pro innocente dicit, satis est eloquens.*	425
	Qui cum dolet blanditur, post tempus sapit.	411
	Quod timeas citius quam quod speres evenit.	440
	Quod uult cupiditas cogitat, non quod decet.	442
	Quicquid conaris, quo peruenias cogites.	415
510	Qui bene dissimulat, citius inimico nocet.	410
	Quod semper est paratum, non semper iuuat.	438
	Quocumque celes, ipse tibi fias timor.	
	Qui ius iurandum seruat, quouis peruenit.	717
	Quod aetas uitium posuit, aetas auferet.*	433
515	Quemcumque quaerit calamitas, facile inuenit.	408
	Quod perit quaeri pote, reperiendi non potest.	436
	Quam miserum officium est, quod successum non habet!	706
	Quam miser est, cuius ingrata est misericordia!	397
	Quam miserum est cogi opprimere quem saluum uelis!	401
520	Quem fama semel oppressit, uix restituitur.	409
	Quod uix contingit, ueram uoluptatem parit.	441

501 quod iuuat *Gruterus* quod adiuuat *F* quoad iuuat *Woelfflinus*,
quod 'in quantum prodest' interpretatur. 503 uncinis inclusit
Woelfflinus; sed extat in *F* rarius *Ingolst.* is raro *Bothius*: fortasse
raro is scribendum; an raro ullam? Cf. 542. 607 504 emori
Ingolst. mori *F* 511 Cf. 521. 572 iuuat *Ingolst.* uiuat *F*
512 deest in omnibus editionibus ante *Woelfflinum* caeles *F*,
corr. Woelfflinus 515 quoscunque calamitas quaerit, facile reperi-
erit *T*: cf. *Hauptius Phil.* 1 666 516 perit *Gruterus* perit *F*
pote *Gruterus* potest *F* reperiendi *Ingolst.* reprehendi *F*
non] haud *Ingolst.* potis est, reprehendi haud *Bothius* 517
officium est *Gruterus* est officium *F* officium *Ingolst.* 518 miser
Ingolst. miserum *F* cui *Gruterus* misericordia est *Ingolst.*
519 quem *Ingolst.* quam *F* Cf. 359 521 Cf. 365. 511
uix contingit, ueram conieci uix contingitur *F* uix contingit, uix *Grute-*
rus uix contingit, quam *Casp. Orellius* uix contingit, ut *Bothius* uix

Quam miserum est id quod pauci habent amittere!	402
Qui in uero dubitat, male agit cum deliberat.	716
Qui timet amicum, amicus ut timeat docet.	429
525 Quoi quid uindicandum est, omnis optima est occasio.	540
Quam miserum auxilium est, ubi nocet quod sustinet!	399
Qui pote consilium fugere, capere idem potest.	423
Qui ulcisci dubitat, improbos plures facit.	430
Qui obesse non uult, cum potest, prodest tibi.	698
530 Quicquid bono concedas, des partem tibi.	
Quod nescias cui serues stultum est parcere.	435
Quae uult uideri bella nimis, nulli negat.	395
Qui debet, limen creditoris non amat.	412
Qui pote transferre amorem, pote deponere.	424
535 Qui unius culpa ignoscit, suadet pluribus.	431
Quicquid improbis donatur, [iniuste] eripitur probis.	

EXEMPLA.

523 Cf. Cicero de off. III 8, 37 'quam ob rem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant utrum id sequantur quod honestum esse uideant, an se scientes scelere contaminent . . . ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio.' 534 Cf. Quintilianus XI 1, 56 'nam qui intermittere in agendo dolorem potest, uidetur posse etiam deponere.'

contingit, uix *Woelfflinus* 524 Cf. 540 amicus ut] an amicum, ut se? docet] facit *Bothius* 525 quoi quid *scripsi* quicquid *F* cui quid *Gruterus* quom quid *Halmius*, fort. recte omnis *Gruterus*, om. *F* est occasio *F* occasio est *Ingolst.* illi occasio est *Faber* ei occasio est *olim conieci* 526 Cf. 555 527 pote *Gruterus* potest *F* capere *coni.* *Gruterus* sapere *F* rapere *Woelfflinus* consilio furere *Bothius* 528 Cf. 238. 285 529 Cf. 397 non uult, cum potest *Buechelerus* cum potest non uult *F* tibi *Halmius*, om. *F* prodest, quicumque obesse non uult, cum potest *Gruterus* quicumque obesse, cum potest, non uult, iuuat *Nauckius* 530 ad 55 *olim adscripsi* concedas *F* (cf. 512) concedis *Ingolst.* des *Woelfflinus*, quem *dubitanter sequor.* das *F* 532 nimis, nulli *Gruterus* nimium illi *F* nulli placet *Nauckius*, bene: cf. 340 534 pote . . . pote *Gruterus* potest . . . potest *F* (cf. 527) qui potest t. a., mox potest deponere *Nauckius* 535 unius *scripsi* uni *F* qui culpa ignoscit uni *Gruterus* 536 om. in *exemplaribus ante Woelfflinum*, restituere *conatus sum.* quicquid improbis eripitur da-

Qui sibi met uiuit, aliis merito est mortuus.	427
Quidquid fit cum uirtute, fit cum gloria.	713
Qui expectat ut rogetur, officium leuat.	420
540 Qui timet amicum, uim non nouit nominis.	
Qui pote celare uitium, [uitium] non fugit.	422
Qui omnes insidias timet, in nullas incidit.	722
Quam malus est culpam qui suam alterius facit!	704
Qui docte seruit partem dominatus tenet.	413
545 Qui se ipse laudat cito derisorem inuenit.*	426
Quam miserum est bene quod feceris factum queri.	400
Quam est felix uita, quae sine negotiis transit!	703
Quicquid futurum est summum, ab imo nascitur.*	417
Quam miserum est, ubi consilium casu uincitur!	404
550 Quicquid Fortuna exornat, cito contemnitur.	416
Quidquid plus est quam necesse possidentis oppremit.	801

EXEMPLA.

537 Cf. Menandri monost. 585 τὸν ἐστὶ τὸ ξὴν μὴ σεαυτῷ ξὴν μόνον. 544 Caecilius Balb. Mon. 18 p. 26 'parere scire cum imperante aequalis est gloria.' 547 Horatius epod. 2, 1 'beatus ille, qui procul negotiis' e. q. s.

tur probis *F* quidquid probis eripitur, improbis datur *Woelfflinus* quod improbis tribuitur eripitur probis *Nauckius*, melius, nisi quod donatur *probabilis erat*. 537 sibi met *scripsi* sibi non *F* sibi minime *T* sibi modo *coni. Gruterus* aliis merito est mortuus *Bothius* merito aliis est mortuus *F* merito multis occumbit *T*, quae sic merito multis occidit *corrugas* 539 spectat *Gruterus* 540 ad 524 olim *adscripti* 541 pote *Gruterus* potest *F* non potest *G. Meyer* uitium bis *Gruterus*, semel *F* fugit *scripsi* facit *F* 542 Cf. 116. 607 sic *Paris. π* qui insidias plus timet capitur minus *T* qui timet insidias omnis, nullas incidit *Gruterus* 543 *damnauerat Ritscheli* opusc. II 672, sed cf. p. 697: pro illo alterius licebat alienam scribi 545 ipse *Bentleius* ipsum *F* 547 quam felix uita transit sine negotiis! *Woelfflinus* quam felix uita exacta (uel quae abiit) sine n. *Bothius* quam est f. u. quae agitur s. n. *Buechelerus* 550 exornat, cito] non iuuat *Nauckius* 551 *retinui septenarium* plus est quam necesse *scripsi* plus quam necesse est *F* est plus quam necesse *Gruterus* possidentes *Gruterus* possidetis *F* possideas in senario *Woelfflinus* oppremit *scripsi* premit *F* deprimit *Gruterus*

Qui pôte nocere, tíneas cum etiam nón adest.	719
Quém bono tenére non potúeris, contineás malo.	800
Quod sénior loquitur, ómnes consiliúm putant.	439
555 Quam míserum est, ubi te cáptant qui defénderint!	406
Quod quísque amat laudádo commendát sibi.*	437
Quem díligas, etiám queri de ipsó malum est.	709
Qui uénit ut noceat, sémper meditatús uenit.	723
Quis míserum sciret, uérba nisi haberét dolor?	428
560 Quam míserum est, cum se rénouat consumptúm malum!	705
Quánto seriús peccatur, tánto incipitur túrpius.*	539
Quam míser est qui excusáre sibi se nón potest!	398
Quo cáperis, cum animus áliud, uerba aliúd petunt?	432
Qui inúitus seruit, fít miser et seruí tamen.	421
565 Quod ést timendum decipit, si néglegas.	725
Quid tíbi pecunia ópus est, si uti nón potes?	419

EXEMPLA.

553 Quintilianus XII 7, 3 'qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur.' 561 Seneca epist. 13, 17 'quid est turpius quam senex uiuere incipiens?'

552 Cf. 476 pote *Ingolst.* potest *F* timeas *scripsi*
timetur *F* adest] nocet *Gruterus* 553 Cf. 357 *senarium*
bono quem tenere nequeas c. m. *praeferrém* hunc teneas *Grute-*
rus 555 Cf. 526. 549. 560 captant *Gruterus* capiant *F*
capiunt *susp. Woelfflinus* defenderint *Ingolst.* defendert *F* quos
defenderis *Bothius* 557 queri *F* delegisti, queri etiam de illo
Bothius de isto (*uel* illo) etiam queri alii malum est *conieci*, nam
ad amicum (*uel* et amico) queri de isto m. est *commendare non ausim.*
de eo malumst etiam queri *Buechelerus* 560 Cf. 497 compositum
malum *Buechelerus*, *ualde placet* 561 incipitur turpius
Gruterus turpius incipitur *F* *Sententia melior sic fiet*: quánto
serius peccari incipitur, tanto turpius *uel* quánto incipitur serius peccari,
tanto t. *uel adeo ut Halmius coniecit* quo seriús peccatur, tanto turpius.
563 Cf. 216 caperis *interim posui* cauetis *F* caret is *olim temptabam*
qui caueas *Bothius* aliud animus *Bothius* 564 et *addidi*, om. *F* 565 decipit *num uerum sit dubito*: te occupat
expectes 566 si *scripsi* si ea *F* opus, si ea uti *Bothius*
opust, si ea uti *Woelfflinus*

Quod fúgere credas, saepe solet occurrere.	434
Quamuis acerbust, qui monet nulli nocet.	708
Ratione, non ui uincenda adulescentia est.	445
570 Rei nulli prodest mora nisi iracundiae.	447
Reus innocens fortunam, non testem timet.	452
Rarum esse oportet quod diu carum uelis.*	444
Rapere est accipere quod non possis reddere.	
Regnat, non regitur qui nil nisi quod uult facit.	446
575 Riualitatem non amat uictoria.	453
Ruborem amico excutere amicum est perdere.	454
Rex esse nolim, ut esse crudelis uelim.	734
Res quanto est maior, tanto est insidiosior.	451
Roganti melius quam imperanti pareas.	735
580 Respiciere nil consuevit iracundia.	450
Rapere est, non petere quicquid inuito auferas.	
Remedium frustra est contra fulmen quaerere.*	448
Rogare beneficium seruitus quodammodo est.	
Semper plus iratus sese posse, quam possit, putat.	744

EXEMPLA

570 Cf. Menandri monostich. 60 βραδὺς πρὸς ὀργὴν ἐγκρατὴς φέρειν γενού. 572 Seneca de benef. I 14, 1 'quod uoles gratum esse, rarum effice.' 578 Cf. Caecilius Balbus Monac. 10, 1 p. 22: 'Simonides interrogatus a quodam, quemadmodum inuidos non haberet, si nihil, inquit, ex magnis rebus habueris aut nihil feliciter gesseris.' 580 Caecilius Balbus Monac. 7, 4 p. 21

568 acerbust *scripsi* acerbus *Ingolst.* acerbus est *F* 569
 adolescentia est *Ingolst.* est adolescentia *F* 570 Cf. 311 572
 Cf. 511 573 ad 172 *olim adscripsi: cf.* 581 574 regitur,
ut olim edidi, etiam Froehlichius. loquitur *F* sequitur *olim conieci*
 nil *Gruterus* nihil *F* 576 Cf. 455 incutere *T* 577
 nollim *F* esse crudelis *Ingolst.* crudelis esse *F* 578 insidiosior
FT, defendi potest, si 'insidiis magis exposita' interpreteris. inui-
 diosior *Bothius: cf. Caec.* 580 nil *Ingolst., Caec.* nihil *F*
 581 ad 172 *olim adscripsi* 582 remigium *coni. Gruterus*
 frustra est *Gruterus* fraus est *F (ut 172)* fulmen *Benlleius* flumen
F 583 *uncinis Woelfflinus* *inclusit, sed extat in F; ad 490*
olim adscripsi: cf. 48 beneficium] ingenuo *Gruterus* ex *coniectura*
 584 ex *Woelfflini* *coniectura dedi.* semper iratus plus se posse
 putat. quam possit. *F* se posse plus iratus quam possit putat *Pithoeus*

585	Spes ést salutis, úbi hominem obiurgát pudor.	478
	Suadére primum, deín corrigere est béniuoli.	480
	Sapiéns contra omnes árna fert, cum cógitat.	456
	Sanctíssimum est meminísse cui te débeas.	738
	Stultí timent fortúnam, sapientés ferunt.	476
590	Sensús, non aetas ínuenit sapiéntiam.	743
	Sempér beatam sé putat benígnitas.	463
	Saepe ígnoscendo iniúriae dederís locum.	736
	Solet ésse in dubiis pró consilio témeritas.*	470
	Sempér consilium túnc dest, cum opus est máxime.	464
595	Sapiéns quod petitur úbi tacet, breuitér negat.*	457
	Sempér plus metuit ánimus ignotúm malum.	741
	Secúnda in paupertáte fortuna ést fides.	460
	Si níl uelís timére, metuas ómnia.	746
	Summíssum imperium nón tenet uirés suas.	481
600	Secúndus est a mátre nutricís dolor.	461
	Sibi ípse dat supplicium quem admissí pudet.*	467
	Suum séquitur lumen sémpér innocéntia.	484

EXEMPLA

595 Menandri monost. 223 *ἡ γὰρ σιωπὴ μαρτυρεῖ τὸ μὴ θέλειν.*
 598 Seneca nat. quaest. VI 2, 3 'si uultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda.' 601 Cf. Seneca de ira III 26, 2 'maxima est factae iniuriae poena fecisse, nec quisquam grauius adficitur, quam qui ad supplicium paenitentiae traditur.' Menandri monost. 667 *ἡ δὲ μετάνοια γίγνεται ἀνθρώποις κλοῖσι.*

semper plus posse putat iratus quam potest *Buechelerus* iratus plus se posse quam possit putat *olim conieci* 585 salutis est *T* timor *T* 586 dein corrigere est beniuoli *scripsi* beniuoli est. dein corrigere *F* dein corrigere beniuoli est *Bothius* 589 fert *F* 590 sensum non aetas inuenit sapientia *T* 592 Cf. 238 saepe ignoscendo *Gruterus* sapiens semper quiescendi *F* iniuriae dederis locum *Bothius* dat locum iniuriae *F* das iniuriae locum *Gruterus*, item nisi quod des *scripsit Woelfflinus*: cf. *Nauckius mélanges III* 199, qui das uel dabis commendat 593 in aduersis *T* 594 dest *scripsi* deest *F* opus est *Desbillon* est opus *F* 598 Cf. 116. 607 nil *Ingolst.* nihil *F* metuas] cur non timeas? 601 Cf. 196 ipse *Bentleius* ipsi *F* supplitium *F* penitet *F* . sibi ipsi supplicium admissi quem paenitet *Woelfflinus*: cf. *Nauckius l. l.* 201 602 lumen] an numen? innocentiam *Bothius*

	Stultum ést uelle ulcisci álterum poená sua.	
	Sibi primo auxilium erípere est leges tóllere.	468
605	Suis qui nescit párcere, inimicís fauet.	482
	Síne dolore est uúlnus quod feréndum est cum uictória.	542
	Sempér metuendo sápiens euitát malum.	465
	Stultum ést queri de aduérssis, ubi culpa ést tua.	477
	Solet hóra quod multi ánni abstulerint réddere.	471
610	Spina étiam grata est, éx qua spectatúr rosa.	474
	Stultum ést uicinum uéllé ulcisci incéndio.	478
	Stultúm facit Fortúna quem uult pérdere.	479
	Spes ínopem, res auárum, mors miserúm leuat.	749
	Se dámnat iudex, ínnoctem qui ópprimit.	739
615	Sibi ípsa improbitas cógit fieri iniúriam.*	466
	Satis ést beatus, qui potest cum uult mori.	
	Solét sequi Laus, cúm uiam fecít Labor.	472
	Sociús fit culpae, qui nocentem súbleuat.	469
	Suspício sibi ípsa riualés parit.	483
620	Sempér metuendum quícquid irascí potest.	740
	Seditio ciuium hóstium est occásio.	462

EXEMPLA.

603 Menandri monost. 152 *ἐχθρὸς ἀμύνου μὴ πλ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.*
 605 Pseudoseneca de mor. 114 'bonis nocet, qui malis parcit.' Ausonius VII Sap. 3, 5 'parcit quisque malis, perdere nult bonos.' 617
 Menandri monost. 338 *μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.*

603 *ad* 611 *olim adscripsi* uelle ulcisci alterum *Bothius*
 alium uelle ulcisci *Ingolst., prob. Woelfflinus* alium ulcisci uelle *F*
 ulcisci uelle alium *Nauckius l. l. 200* 604 primo *Bothius* primum
F eripere est *Ingolst.* est eripere *F* 605 *Cf.* 224. 345
 606 ferendum cum uictoriast *olim edidi* 607 *Cf.* 116. 598
 metuendo *Ingolst.* metuendi *F* 608 queri *F* 609 abstulerint *Ingolst.*
 abstulerint *F* 611 *Cf.* 603 614 *Cf.* 257 615 ipsi *Gruterus*
 616 *ad* 82 *olim adscripsi* 617 *Cf.* 298. 646 cui *Bothius*
 618 *Sotius F Cf.* 421 qui nocentem subleuat *Ingolst.,*
ut olim edidi, probat etiam Nauckius l. l. 201. qui nocentem leuat
F qui sontem iubet perdere *T, ubi aut* pergere aut insontem *corrigen-*
iussit Woelfflinus, hoc quidem minus inapte. In textu idem quis-
 quis nocentem leuat *uitiose.* 619 Suspitio *F*

Salútis causa béne fit homini iniúria.	455
Stultítia est insectári quem di díligunt.	475
Sat mágna usura est pró beneficio mémoria.	458
625 Sero ín periclis ést consilium quaérere.	745
Thésaurum in sepúlcro ponit, quí senem heredém facit.*	543
Tacitúrntas stulto hómimi pro sapiéntia est.	485
Tam dést auaro quód habet, quam quod nón habet.*	486
Ubi fáta peccant, hómínium consilia éxcidunt.	764
630 Volúptas e diffícili data dulcíssima est.	777
Ubi ómnis uita métus est, mors est óptima.	490
Unís dies poenam ádfert, quam multí citant.	776
Ubi péccat aetas máior, male discít minor.*	491
Ubi níl timetur, quód timeatur náscitur.	766
635 'Ubi sis cum tuís et bene sis, pátriam non desíderes.	545

TESTIMONIA. EXEMPLA.

624 Menandri monost. 295 καλόν τι θησαύρισμα κειμένη χάρις. 628 Seneca controu. VII 18 p. 206 B. (uide ad 236) Quintilianus VIII 5, 6 (uide ad inc. inc. trag. 203) idem IX 3, 64 'συννοικητώσιν uocant quae duas res diuersas colligat: tam' e. q. s. Io. Saresbericus Enthet. sub fin. auctor. spec. mor. III 7, 2 (laudatus a Woelfflino)

622 Cf. 636 causa Ingolst. casus F fit Gruterus sit F
623 di Buechelerus, om. F omnes Gruterus diligunt Ingolst.
diligit (i. e. diligerint) F 624 Cf. 444 usura est Ingolst. est
usura F beneficio Nauckius 625 in periclis est olim conieci,
item Desbillon est in periculis F sero est consilium te in periclis
quaerere (aut quaerere in periculis) Bothius 626 sepulchro F
627 stulto pro sapientia cedit T 628 tandest Senecae, tam deest
Quintiliani codd. tam, om. deest, F quam misero quod F 630
Cf. 521 uoluntas ex difficili datur dulcissime π 631 uita
Gruterus uitae F π motus π optimum Bothius 632 cf.
609 dies Gruterus deus F affert F quam del. Gruterus
citant Buechelerus cogitant F concitant Schuetzius 633 sic
π ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia? R 634 nil
timetur Woelfflinus nihil timetur T timetur nihil F 635 et bene
sis Buechelerus et absis F ut absis Bothius non Orellius et Bo-
thius, om. F eam Gruterus

Verum ést quod pro salúte fit mendácium.	493
Ubiúmque pudor est, sémpet ibi sancta ést fides.	763
'Utilius ueru ést in sulco, quám grauis galea in proélio.	
Ubi ínnocens formídat, damnat iúdicem.	765
640 Volúntas inpudícum, non corpús facit.	498
Virtúti melius quám fortunae créditur.	771
Verbum ómne refert ín quam partem intéllegas.	767
Virúm bonum natúra, non ordó facit.	772
Ubi coépit ditem paúper imitari, perit.	762
645 Veterém ferendo iniúriam inuités nouam.*	645
Virtútis spolia cúm uidet, gaudét Labor.	496
Virtútis uultus pártem habet uictóriae.	497
Virtúte quod non póssis, blanditia aúferas.	495
Utrúmque casum aspícere debet qui ímperat.	500
650 Volúptas tacita métus est magis quam gáudium.	499

TESTIMONIA. EXEMPLA

636 Diphilus in Thesauro *ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ λέγόμενον οὐδὲν περικουεῖσθαι θνασχερῆς*. Cf. Sophoclis Philoct. 108 sq.
640 Cf. Seneca Phaedr. 743 'mens inpudicam facere, non casus solet.' 644 Cf. Phaedrus I 24, 1 'inops potentem dum uult imitari, perit.' 645 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 (uide ad 55) Io. Saresberiensis Policr. VIII 14

636 Cf. 622 fit plerumque mendacium *T* uerum mendacium fit pro salute π 637 ibi est sancta fides *F* ubicumque pudor ibi et fides π 638 *scruiuit solus π , om. F: inclusit Woelfflinus* ueru est *Woelfflinus* est uero π 639 Cf. 614 damnat iudicem *Gruterus* iudicem damnat *F π* 640 Cf. 481 uoluntas *Gruterus* uoluptas *F* impudicum, non *Orelli* non pudicum *F* quem pudicum, non *Gruterus* 644 cepit diuitem pauper *F* (ditem *e corr. Buecheleri*) pauper diuitem coeperit π coepit pauper diuitem *Gruterus* pauper coepit diuitem *conieci* 645 Cf. 238. 592 ueterim *Par. Macrobi* inferendo π iniureā *Par. Macrobi* inuites (*e corr. m. alt. in a ut uid.*) *Reg. Gellii* inuitis *Angl. Macrobi* inuitas π *Ingolst., Salisb. Macrobi, Saresberiensis* 646 Cf. 617 647 Cf. 492 uulnus *Ingolst.:* cf. 606 648 non *om. π* 650 metus est magis *F pyrrichica uocis* magis *mensura* metus magis quam gaudium est *Bothius* mage metus quam gaudium est *Gruterus*

Virí boni est nescíre facere iniúriam.	769
Vultu án natura sápiens sis, multum ínter est.	501
Virtúti amorem némo honeste dénegat.	770

TESTIMONIA. EXEMPLA

651 Vincentius Bell. spec. hist. 3, 82 spec. doct. 4, 83 Caecilius Balbus Monac. 22, 4 p. 27 Par. 12 p. 38 W. Walterus Burley s. u. Aristoteles. Cf. Prouerb. 143 sq. W.

651 facere iniuriam *ut olim edidi retinui*. iniuriam facere *Ἐπ* iniuriam pati *Woelfflinus* nescire pati uel facere iniuriam *π paulo supra, ubi idem legitur uersiculus, Caecilius*. nescire uel pati uel facere *Vincentius* scire pati nec scire facere *Walterus* pati, non facere *Fabricius* *Ferri possint* iniúriam uir bónus nec patitur nec facit
652 uultu] *immo* cultu sapiens sis *Bothius* sis sapiens *F*

SENTENTIAE TVRICENSES.

Cum sémet uincit sápiens, minime uíncitur.	821
655 Contra hóstem aut fortem opórtet esse aut súpplicem.	817
Cíto culpam effugísse potis es, si íncurrísse paénitet.	815
Consílium in aduersís prudentis rémedium est.	816
Cum ignóscis uni, grátos complurés facis.	819
Contubernia illic sunt lacrimarum, quando misericors	
conspicit miserum.	818

654 semet *T*, qua forma cur abstinuisse credendus sit auctor uersiculi, idonea causa non est. sese *Woelfflinus*, qui confert 672 et 421

655 supplicem ex coniectura *Froehlichii Woelfflinus* simplicem *T* 656 culpam effugisse potis es scripsi culpa effugiri potest *T*, in quibus infinitiui formam mutare olim non audebam. culpam effugias *Orelli* culpam effugias *Woelfflinus* 657 prudentis remedium est *Woelfflinus* medicinae remedium prudentis est *T* consilium medici remedium prudentis est *M. Hauptius Philol. I* 665

658 *senarium nunc cum Buechelero edidi* cum inimico ignoscis *F* uni, quod desiderauit *Woelfflinus* (conl. 243. 310. 363. 535. 686) in septenario troch. quem olim edideram, nunc addidi; om. *T* gratos *Io. Siggis* amicos gratis *T* facis *Buechelerus* adquisis *T* *Senarii numeros uariis modis corruperunt*: cum inimico ignoscis, amicos complures paris *Orellius* cum i. i., amicos gratis comparas *Hauptius*, item, sed gratos, *Woelfflinus*. *Octonarium* cum inimico ignoscis uni, amicos gratis plures comparas (uel gratos complures paris) *repudiaui* 659 *inclusit Woelfflinus* (item 660—663. 665 sq. 669 sq. 676. 689 sq.) *Duos per uersus contubernia illic sunt lacrimarum, quando misericors* *Conspicit miserum olim distribui. Numerosius leni mutatione sic contubernia* *Illic sunt lacrimarum, quando misericors miserum aspicit poteram, uel uno septenario contubernales lacrimae sunt, cum (uel ubi) misericors miserum aspicit concludere. contubernium lacrimarum faciunt miser et misericors uel adeo miser et misericors miserumst contubernium temptauit Buechelerus*

659 ¹ Cúm periclo inférior quaerit quód superior ócculit.	820
660 Durum est denegare superiori, cum debeas supplicare.	825
Dominari ex parte dignoscitur, cui superior supplicare uidetur.	824
Decima hóra amicos plúres prima réperiet.	822
Est utique profunda ignorantia nescire quod pecces.	826
Fácile qui bene fáciant aderunt, cúm qui fecerúnt coles.	827
665 †Frenos inpone linguae, saepius conscientia.	829
Graue ést enim quod frónte laeta déderis tristi récipere.	830
Humilís nec alte cádere nec grauitér potest.	831

EXEMPLA.

665 Conferri iubet Woelfflinus Anacharsin apud Diog. Laert. 1, 104 γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν. Nili sentent. 171 (Orelli opusc. mor. 1 344) εἰ κρατεῖς γαστρὸς, κρατεῖ καὶ γλώσσης, Pseudo-senecae de mor. 117 'ut licentiosa mancipia animi imperio rege linguam, libidinem, uentrem.' Sed ipsa sententia qualis fuerit ualde dubium.
667 Cf. Cicero orat. 28, 98 'medius' (orator) 'alte cadere non potest.'

659¹ uide ad 230 quod superior occulit *Hauptius* qui superior occultare contendit *T*: superior *Orellius* 660 Cf. 661 durumst negare, superior cum supplicat *Hauptius*: cum superior *praestabat*: superiori, cum rogat *proposuit Buechelerus*. *Facile septenarius quoque excuditur talis*: durumst denegare superiori, cum tibi supplicat. 661 cum *Woelfflinus conl.* 660 dominatur partim, cui superior supplicat *Hauptius*: dominatur blande cum s. s. *probare*
662 prima ut olim scripsi quam prima *T* reperiet olim edidi repperies *T* inuenis uel inuenit *Orellius* 663 *septenarius hic esse potuit* ignorantia ést profunda, si quod pecces nescias. 664 qui bene faciant *scripsi* que faciunt bona *T* qui faciunt bene *Hauptius* aderunt *scripsi* inuenies *T* inuenias *Woelfflinus* facile inuenies bene qui faciunt *Buechelerus* cum qui fecerunt *Hauptius* cum laudando que fecerunt *T* colas *Woelfflinus* 665 inponas *flagitat Woelfflinus* concupiscentiae *Woelfflinus* peni saepius *Orelli* uentri saepius *coni. Buechelerus*. *Conieci frenós inpone linguae*; si periúres, conscientiae. 666 enim *T* nimis *Woelfflinus* triste *T* grauat quod fronte laeta das tristi accipi *Orellius*; item *Woelfflinus aut non esse octonarium Publilii aut fuisse senarium hunc* graue est, quod laetus dederis, tristem recipere *suspiciatur*. 667 Cf. 162

Lucrum ést dolorem pósse damno extínguere.

Mutus est, si psallat superbus: humilis dominum laudat,

etiam cum uidetur habere silentium. 833

670 Plurés amicos ménsa quam mens cóncipit. 834

Quí numerosis stúdet amicis, ét inimicos pérferat. 836

Qui sémet ipse accúsat, eum alius nóñ potest. 837

Qui dórmiéntem nécat, absentem ulcíscur. 835

Quod ést uenturum sápiens quasi praeséns cauet. 838

675 Reddit, non perdit qui quod alienum erat persoluit. 839

[Regnat carnalis cupiditas, ubi non est dei caritas.] 840

Sua séruat qui salua ésse uult commúnia. 844

Satis ést superare inimícum, nimium est pérdere. 842

Suspíciosus ómnium damnát fidem. 847

EXEMPLA

669 Cf. Demophili sent. 6 σοφός και σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾶ. 670
Plutarchus uita Catonis maioris c. 25 τὴν δὲ τράπεζαν ἐν τοῖς μάλιστα
φιλοποιὸν ἡγεῖτο.

668 *omissus ab Orellio* 669' mutust, si psallát, superbus:
húmilis laudat cúm tacet *olim edidi* 670 *sic Buechelerus nisi*
quod conspícit scribi uult. plus amicos m. q. m. concipit bona T:
plures *corrígendum esse non fugit Woelfflinum.* placet amicis olus quod
mens condit bona *Orellius* plus mensa amoris quam mens conciliat bona
Hauptius. An *septenario* plus amicorúm bona mensa quam mens conciliat bona?
671 *septenarium agnouit Hauptius* et inimicos
perferat *scripsi* et inimicos necesse est ferat T is etiam inimicos ferat
Hauptius qui amicis multis studet, et inimicos ferat *Woelfflinus*
672 semet ipse accusat *scripsi* semet accusat T sese accusat ipse
Hauptius eum alius (s. alis) non potest *scripsi* ab alio non potest
crimínari T ab alio non potest *Hauptius* qui se ipse accusat, ac-
cusari non potest *scriberem.* qui semet culpat, culpari ab alio nequit
lusi Buechelerus 673 Cf. 12 necat *Froehlichius et Hauptius*
necare nititur T 674 Cf. 607 cauet *Orellius* cauit T uidet *Nauckius*
675 *sic T: in textu olim* reddit, non perdit qui quod alienum
fuit Persóluit, *in adnotatione autem* reddit, non p. quoi quid alienum
fuit *proposui, quod placuit Woelfflino* quoi quod alienumst perit
Hauptius, bene 676 regnat cupiditas ubi non est sapientia *prop.*
Buechelerus 677 sua seruat, qui *Nauckius* sua qui seruat T
esse uult *Woelfflinus* uult esse T sua qui conseruat, salua uult
communia *Hauptius* suum qui seruat, salua uult communia *prop.*
Woelfflinus 678 superare inimicum *Hauptius* inimicum superare T
hostem superare *Orelli* 679 suspiciosus *Nauckius* suspicax animus T

APPENDIX SENTENTIARVM

Nóndum felix és, si nondum túrba te deriserit.	531
Múlti inimici inuídia fiunt, étsi nulli iniúria.	
Non plénas di requírunt, sed purás manus.	
Honéstus animus deórum cultor óptimust.	
5 Nón uiuas in sólitudine aliter, aliter ín foro.	791

1—149 PROVERBIA

1 Pseudoseneca de moribus 23 Vincentius Bell. spec. doctr. 4, 83
 2 de mor. 26 Vinc. Bell. sp. d. 4, 83 3 idem 4, 31 4 de mor. 28
 Menandri monost. 246 *θυσία μέγιστη τῶ θεῶ τὸ θεοσεβείν* (cf. Nauckius
 Mélanges II 734) sent. Pythag. ap. Ioann. Damasc. 9 p. 640 *θυσία τῶ
 θεῶ γνώμη ἀγαθή.* 5 de mor. 32

Siglis praeter illa, quae supra notavi, his usus sum: b = cod. Bernensis n. 527 saec. XV; c = cod. Cusanus editus a los. Kleinio; M = Pseudosenecae de moribus libellus; α = eiusdem cod. Sangallensis n. 238 saec. VIII uel IX; γ = cod. Sangallensis n. 141 saec. IX; V = Vincentius Bellouacensis; W = Walterus Burley; m = Caecilii Balbi Monacensis; p = eiusdem Parisini (p^a, p^b, p^c) Auctorem coniecturae ubi nullum indicaui, mea causa est.

1 si non *M* turba te scribendo septenarium effecit *Panthalcon* te turba *FMPR* deriserit *M* deridet *FPRβ* derideat *Bothius* dimiserit *Haasius* 2 nam etsi nullos inimicos tibi faciat (facit *FβV*) iniuria (iuria *R*) multos (Non nullos *F*) tamen facit inuidia *FPRβ, MV*
 3 non aspicias quam plenas quis (quisque *FPRβ*) deo manus, sed (Notes sed *F*) quam puras admoueat (ammoueat *F* afferat et admoueat *V* offerat *C*) *CFPRβ, V* 4 non enim aliter (alter *β, V*) nisi optimus animus (animus *om. β*) pulcherrimus dei cultus est (d'ei cultor ē pulcherrimus *β*) *PRβV* non aliter pulcherrimus dei cultus est animus | Nisi fuerit optimus *F* optimus animus pulcherrimus dei cultor est *M* 5 non uiuas (uiues *M*) aliter in solitudine, aliter in foro (aliter in foro aliter in sol. *α*) *FMPRβ*, in ordinem redegit *Buechelerus*. non in solitudine aliter uiuas, aliter in f. *Bothius*

Néc petes quod tú negabis, néc negabis quód petes.

8 Nil mágnum in rebust nísi despiciens mágna homo.

Níl prodest bene té didicisse, fácere si cessés bene. 530

10 Nil ínter est quo fácias animo quód fecisse péssi-
mumst.

Cernúntur facta, némini animus cérnitur.

Ne tú quam multís, séd quibus placeás uide. 668

Nequítia summa sémpet sibi poena ést sui. 318

Numquám secúra est práua consciéntia. 343

PROVERBIA

6 sq. de mor. 33 Vinc. Bell. sp. d. 4, 53 8 de mor. 44 Vinc. Bell. sp. d. 4, 73 Martinus Dumiensis de form. hon. uitae 3, 1 Cf. Seneca epist. 8, 5 9 Vincentius Bell. sp. d. 4, 85 10 de mor. 3 Cf. Lactantius diu. inst. III 15 'atqui nihil inter est quo animo facias quod fecisse uitiosum est' e. q. s. 11 de mor. 3 Lactantius instit. III, 15 12 de mor. 8 (cf. 36 'maximum in eo uitium est, qui non melioribus uult placere, sed pluribus.') Martinus Dumiensis de forma hon. uit. 2, 11. Cf. Ausonius sept. sap. 2, 2 'bono probari malo quam multis malis.' Accius trag. 314 13 de mor. 64 Vinc. Bell. sp. d. 4, 106 Cf. Seneca epist. 42, 2. 81, 22. 14 de mor. 65 Seneca epist. 105, 8 'tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securam.' Cf. ibidem 97, 13 Phaedra 169

6 sq. nihil (non, *m.* 1 *suprascr.* † nichil *E*) petas quod negaturus es (fuiſti *M*). nihil negabis (ueges, *m.* 1 *suprascr.* † negabis *E* neges β) quod petiturus es (eris *FPR\beta* fuiſti *M* sis *V*) *EFPR\beta, MV*
8 nil (nihil *F*) magnum est (est magnum *V*) in rebus humanis nisi animus magna (animus, *suprascr.* maiora uel magna *E* animus, *om.* magna, *V* magno animo *M*) despiciens (dispiciens *P^oR* despicias *s.* despicias *M* despicientis *V*) *EFPR, MV* nihil aliud magnum in rebus humanis nisi animus magna despiciens *Martinus* 9 nihil *codd.* prodest bene te] prodest *libri* bene te prodest *Bothius* prodest bene *ante Bothium* bene prodest *Fabricius e ms.* facere si cesses bene *uulgo* bene facere si cesses (cessis *R*) *FPR\beta, V* 10 nihil interest quo animo facias quod fecisse uitiosum (uicium α) est *FMPR\beta* nil refert in *sept. prop. Buechelerus* 11 nam (quia *M*, *Lactantius*) facta cernuntur, animus non uidetur *FMPR*, *Lactantius* 12 ne tu quam *Bothius* nunquam *E\beta* nec quam *Martinus* non quam (numquam α) *FMPR* sed quibus placeas *Bothius* placeas sed quilibus (equalibus *E* qualibet β) *EFMPR\beta* sed quilibus placeas *Martinus* placeas, sed quibus *Fabricius ex ms.* uide *Gruterus* stude *EFMP\beta* studu *R* cogita *Martinus* 13 nequitia ipsa poena sui est (suis est *F* est sui β) *FPR\beta, V* nequitia ipsa est poena sui *M* 14 nam (*om. M*) mala conscientia saepe (semper *Par.* 4841) tuta est, secúra numquam *FMPR: numeros fecit Pithoeus*

- 15 Neminem cito áccusaris néc cito laudáueris. 786
 Nullúm putaris téste destituí locum. 674
 Núlla quae multós amicos récipit pausilla ést domus.* 792
 Numquam hómini scelere uíndicandum ullúm scelus.
 Inuítus nemo péccat: peccatum áctiost.
 23 'Odia sub uultú, sub osculo étiam multorúm latent. 678
 25 Habet hóc insanus: álios insanós habet.

PROVERBIA

15 de mor. 76 Vinc. Bell. sp. d. 4, 92. 170. 16 de mor. 79 Vinc. Bell. sp. d. 4, 92. 170 5, 35 17 de mor. 136 18 de mor. 139 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133. 136 Cf. Seneca Thy. 1107 19—22 de mor. 1 Vinc. Bell. sp. d. 5, 18 Cf. Seneca epist. 66, 16 23 sq. Vinc. Bell. sp. d. 4, 135 25 de mor. 35. Concil. Turon. can. 14 anni 567 'sicut ait Seneca pessimum in eo uitium esse, qui in id quo insanit ceteros putat furere.'

15 neminem cito accusaueris, neminem cito laudaueris *FPRβ* neminem cito laudaueris, neminem cito accusaueris *M* neminem cito accusaueris uel laudaueris *V* neminem nec accusaris uel laudaueris cito *Gruterus* (*melius* nec tu laudaris c. *scripsisset*) n. uel accusaris uel tu laudaris cito *suae* cito accusaris nec laudaris neminem *Bothius*
 16 nullum putaueris esse locum sine teste (esse *om. M* locum esse *Eβ*) *EFMPRβ, V* 5, 35 n. sine teste locum esse p. *V* 4, 92. 170 sine teste nullum esse putaueris locum *Fabricius e ms.* nullum sine teste suo locum putaueris *Bothius* 17 *sic olim edidi, eademque fere ante me nisi quod* angusta est d. *uulgabantur.* nulla pusilla (non est pudica *F*) domus quae (quam *F*) multos recipit (recepit *P^a*) amicos *FMPRβ. Sed fortasse hexameter* nulla pusilla domus quae multos cepit amicos *fuit.* 18 numquam enim (*om. M*) scelus scelere uindicandum (iudicandum *β* uincendum *M*) est *FPRβ, MV* non uindicandum scelere, si possis, scelus *Fabricius e ms.* 19—22 omne peccatum actio est. omnis autem actio (actio autem omnis *M*) uoluntaria est (*om. FR*), tam honesta quam turpis. omne ergo (autem *P^a* m. 1, *om. V*) peccatum uoluntarium est. (ergo uoluntarium est omne p. *M*) omitte ergo (ergo *om. F* o. igitur *V* tollite *M*) excusationem, nemo (*add. enim V*) peccat inuitus (i. p. *V*) *CEFPRβ, MV* 23 sq. odia multorum sub uultu, multorum sub osculo (oscula *P* obsculata *R* occulto *V*) latent. omnia tamen pandentur (panduntur *CF*), non (cum non *FPRβ*) dico si cecideris, sed si (*om. β*) titubaueris *FPRβ V* multa sub uultu latuerint odia, multa in osculo *Bothius* 25 hoc habet omnis affectus (omnis aff. habet *FPRβ*) ut in (in hoc *F*) quod (quo *P^b* qđ *β*) ipse insanit (in idem etiam *add. M*) ceteros furere putet (fureri reputet *PR* putet furere *M*) *FMPRβ* insanit maxime alios qui insanos habet *lusi praeterea.*

- 'Omnes uitam différentes mórs incerta praéuenit. 535
 Omnis dies uelut últimus putándus est. 680
 'Oratorem té puta, ipse sí tibi persuáseris.
 Malís te displicére quam laudábilest!
 30 Obiúrígatióni blandum admísceas.
 'Odio oportet út peccandi, nón metu faciás bonum. 794
 Ignóscito aliis quási pecces cotídie.
 'Optimum est sequí maiores, récte si praecésserint. 538
 Doctór si in eo quod dócuit peccat, túrpiust.
 36 Peccánt consilio, péccant neglegéntia.

PROVERBIA

26 de mor. 10 Vinc. Bell. sp. h. 9, 102 27 de mor. 10 Seneca epist. 12, 8 'itaque sic ordinandus est dies omnis tamquam cogat agmen.'
 28 de mor. 14 29 de mor. 40 Vinc. Bell. sp. d. 5, 67 Seneca remed. fort. 7, 1 30 de mor. 129 Vinc. Bell. sp. d. 4, 69 31 Vinc. Bell. sp. d. 4, 106 32 Vinc. Bell. sp. d. 4, 68 Plinius epist. 8, 22, 2 'optimum . . . existimo qui ceteris ita ignoscit tamquam ipse cotidie peccet.' e. q. s. 33 Vinc. Bell. sp. d. 5, 37 34 sq. Vinc. Bell. sp. d. 5, 56 36 Vinc. Bell. sp. d. 4, 106

